

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1925**

De Sanctis Tryphone, Respicio Et Nympha Martyribus Romæ Cultis  
Commentarius Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

A Paris. B. N. lat. 8885; cf. Catal. Lat. Paris., t. III, p. 717). De eo vid. ad d. 14, quo eius festum agitur in ecclesia Virodunensi.

Werembaldus monachus Hirsaugiensis saeculi X, quem hodie laudat Castellanus in Martyrologio universali, neque inter sanctos neque inter homines recenseri debet, cum a solo Trithemio commemoretur, qui ipsius nomen, gesta, scripta in falsissimis

illis Annalibus Hirsaugiensibus (t. I, p. 118, ad D. an. 965) primus protulit atque utique ipse confinxit et commentus est.

S. Willibrordi translatio recentiore manu in codice Epternacensi martyrologii hieronymiani ad hunc diem inscripta est. Vid. ad d. 7, t. III, p. 432, num. 46.

## DE SANCTIS TRYPHONE, RESPICIO ET NYMPHA MARTYRIBUS ROMAE CULTIS

TEMPORE  
INCERTO

### COMMENTARIUS PRAEVIOUS

H. D.

**Sanctorum**  
trium  
turma  
antiquis  
ignota.

1. In martyrologio Romano hodie nuntiatur Natalis sanctorum martyrum Tryphonis et Respicii ac Nympae virginis, quos nec Beda nec Ado nec Usuardus commemorant. In plerisque tamen martyrologiis quorum in ecclesiis Urbis usus fuit ea nomina leguntur. Ita in codice Barberiniano XIV, 19, saec. XI ineuntis, manu recentiore ad diem IIII id. nov. scriptum est Romae S. Triphi et Respicii et S. Nimphe (1). In codice Archivi basilicae Sancti Petri H. 58, qui saec. XII exaratus est, die decimo novembris legitur: Respicii et Triphonis, et pridie alia manu additum est: In portu sancte Nimphe. Codex Musei Britannici Add. 14801, qui fuit Sanctae Mariae trans Tiberim, saec. XI exaratus, solum Tryphonem nuntial: et in campo martio Triphonis, cui alta manus adiunxit: et sancte Nimpfe virginis. E codicibus romanis Tryphon et Respicius, addita non raro Nympa, in auctaria Usuardina (2) et in calendaria (3) irreperserunt. Non aliam ob causam trium martyrum nomina in calendariis coniuncta esse quam propter eorundem reliquias uno sub altari Romae congregatas, in ecclesia Sancti Spiritus in Saxia, manifestum est. Documentorum quae ad nos pervenerunt ratio et res ipsa postulat ut primum de S. Tryphone, dein de SS. Tryphone et Respicio, tandem de S. Nympa seorsim agamus.

**A 1** = Codex Vindobonensis Hist. graec. 3, membraneus, saec. XI exaratus (4). Menologium februarii. Fol. 1-6: Passio S. Tryphonis = BHG. 1857, fol. 6<sup>o</sup>-12<sup>o</sup>: Βίος ταὶ θαύματα τοῦ ἀγίου ταὶ ἐνδόξον μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Τρύφωνος. Vitam et Miracula contulimus.

**A 2** = Codex Hierosolymitanus, bibliothecae Patriarchalis 1, membraneus, foliorum 209, saec. X exaratus (5). Menologium februarii. Fol. 1-5: Βίος τοῦ ἀγίου Τρύφωνος, mox edendus; fol. 5<sup>o</sup>-10<sup>o</sup>: Μαρτύριον τοῦ ἀγίου Τρύφωνος = BHG. 1856. Imagines photographicas Passionis v. cl. P. Franchi de' Cavalieri, Vitae autem R. D. Lefort professor in Universitate Lovaniensi amicissime suppeditarunt.

**A 3** = Codex Parisiensis, bibliothecae Nationalis gr. 1452, saec. X exaratus (6). Menologium februarii. Fol. 1-4<sup>o</sup>: Passio S. Tryphonis = BHG. 1857, sed acephala; fol. 4<sup>o</sup>-5<sup>o</sup>: Θαύματα τοῦ ἀγίου ταὶ ἐνδόξον μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος, sed foliis avulsis des. mutil. in verbis: Κέριον τὸν Θέον σὺν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς (c. 3). Miracula contulimus.

**A 4** = Codex bibliothecae Ambrosianae D. 92 F sup., membraneus, saec. XI exaratus (7). Inter plurimas sanctorum Passiones, fol. 249-253: Passio S. Tryphonis = BHG. 1856, quam contulimus.

**A 5** = Codex Parisiensis, bibliothecae Nationalis gr. 1460, partim membraneus partim chartaceus (8). Prior pars (fol. 1-184), quod est menologium Ianuarii a die 20, saec. XI exaratus est; altera, in charta recentius descripta, principium menologii februarii. Fol. 184-190<sup>o</sup>: Μαρτύριον τοῦ ἀγίου ταὶ ἐνδόξον μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος = BHG. 1856; fol. 190<sup>o</sup>-196<sup>o</sup>: Αρχὴ τῶν θαυμάτων τοῦ ἀγίου μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος. Speciminis gratia cc. 3-8 contulimus.

**A 6** = Codex Parisiensis, bibliothecae Nationalis gr. 1451, membraneus, saec. XI exaratus (9).

Vitae et  
Passionis  
S. Trypho-  
nitis

2. Quaecumque de S. Tryphone tradita sunt graecis e fontibus manarunt. Habemus autem graece Passionem S. Tryphonis, eius Vitam seu Miracula, Passiones retractulas, laudationes varias. Et horum quidem monumentorum antiquissima quae feruntur in hisce codicibus reperiuntur, quorum ali⁹ solam Passionem, ali⁹ vero Vitam Passionis coniunctam exhibent.

(1) QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 34. — (2) De quibus SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 665. — (3) In calendariis Aquensis, Catalaunensi, Ruthenensi, Foroiuliensi (Fréjus), *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 717; in calendariis Melphictensi, Rubastino, Canusino, ap. I. M. GIOVENE, *Kalendaria vetera manuscripta* (Neapol., 1828), pp. XXX, XLII, LIV, LXVI. — (4) *Catal. Gr. Germ.*, p. 38. — (5) A. PAPADOPoulos-KERAMEUS, *Τερρανομάτικη Βιβλιοθήκη*, t. I, p. 1. — (6) *Catal. Gr. Paris.*, p. 118. — (7) MARTINI-BASSI, *Catalogus codicum graecorum bibliothecae Ambrosianae*, t. I, p. 284. — (8) *Catal. Gr. Paris.*, p. 134. — (9) *Ibid.*, p. 116.

Excerptum

A Excerptum e menologiis decembribus, ianuarii, februarii. Fol. 132bis-138 : Passio S. Tryphonis, acephala = BHG. 1856, quam photographice expressam dedit nobis v. cl. P. Franchi de' Cavalieri.

**A 7** = Codex Vaticanus Palatinus 317, membraneus, saec. XI exaratus (1). Ad calcem menologiū iuli et augusti legitur, fol. 141-146 : Μαρτύριον τοῦ ἀγίου Τρύφωνος = BHG. 1856. Eliam dedit nobis P. Franchi de' Cavalieri.

**A 8** = Codex Vaticanus Ottobonianus graec. 54, membraneus saec. X exaratus (2). Menologii ianuarii postremam partem sequitur, fol. 74, fragmentum Passionis S. Tryphonis = BHG. 1856.

**A 9** = Codex Vaticanus graec. 1698, membraneus, saec. XI exaratus (3). Inter varias martyrum Passiones legitur, fol. 97-101 : Θαύματα τοῦ ἀγίου Τρύφωνος τὰ πεπραγμένα ἐν νηπίᾳ αὐτοῦ ἥλικιας μεθὰ καὶ τὸ μαρτύριον αὐτοῦ ἐποτέτακται, scilicet Vita quae mox edetur ; fol. 101<sup>o</sup>-105 : Μαρτύριον τοῦ ἀγίου Τρύφωνος = BHG. 1856. Contulimus utrumque.

**A 10** = Codex Vaticanus graec. 1876, rescriptus, continens initium Passionis S. Tryphonis = BHG. 1856, saec. VIII exaratum (4), sed littera adeo evanida ut vix legi possit.

Tum **Passio** tum Vita seu <sup>1-4</sup> Miracula. E

3. E codibus A 1, 4-9 ea qua solet diligenter Passionem BHG. 1856 edidit v. cl. Pius Franchi de' Cavalieri (5), perspicuisse codicem A 7 ad antiquiorem libelli formam propius accedere eiusdem cognatos esse A 4 et A 5 ; ad alteram vero recensionem reducendos esse A 2, A 6, A 9 (6). Lectionum autem variarum quas ex collatis hisce codicibus congregavit copia tanta est ut statim appareat Passionem S. Tryphonis communem libellorum hagiographicorum fatum non effugisse atque a librariis ea licentia tractalam esse ut codices singuli singulas fere recensiones exhibeant. Ne rerum inutilium sarcina oneremur, codicem A 7 accurate expressimus, A 4 identidem in consilium vocato ; libri vero A 2-variantes lectiones in infima pagina collocavimus. Qui celerorum varietates noscere cupierit, editionem principem aedat.

4. Passio S. Tryphonis, anserum custodis, duabus constat partibus. Prior est de filia Gordiani imperatoris, qua saeviente Tryphon capitul. Nicæam dicitur, torquetur, postremo moritur. Libellus autem qui Bloz dici solet, aptius, ut in codicibus A 3, 5, 9, Θαύματα inscribitur ; totus enim est de miraculis a sancto martyre in vita patratis. Primum est infantuli a bimo Tryphone sanati, reliqua energumenorum quos ille variis modis liberat. Ultimo loco refertur daemonem, cum Roman abisset, in uxori Procli senatoris intrasse, et arcessito Tryphone electum esse. Iam-

vero eadem prorsus, mutatis nominibus in exordio Passionis narrantur. Non ergo ille idem qui martyrium conscripsit Vitæ Tryphonis compilator est, neque utriusque libelli nexus intimus est, quod et satis ostendit codicum condicio, ubi vel Vita desideratur, vel interdum etiam Passioni postponitur. Liber autem Miraculorum S. Tryphonis ex eorum numero est qui vulgo Blōz τοῦ μαρτυρίου dicuntur, quales etiam habemus de SS. Theodoro, Georgio et. (7).

5. Acta illa, scilicet tum Vita tum Passio, inter pessimae notae scripta hagiographorum habenda sunt, quippe quae ex laciniis undecumque collectis consarcinata sint. Mitto Tryphonem inde a puerilibus annis miracula patrarent ad similitudinem sanctorum puerorum Viti (8), Potiti (9), Phoebammonis (10), Marini (11), de quibus nihil praeter fabulas narratur, induci. Passionis tota compages ea est quae postiore aetate nullis adhuc coaevorum scriptis artificiosè compositam se prodit. Neque nouum est quod Tryphon ipsius daemonis monitu ad liberandum energumenum <sup>E</sup> vocalitus fuisse dicitur. Id enim vix non iisdem verbis narrant hagiographi de SS. Abercio (12), Cyriaco (13), Potito (14), Nicetio (15), Malhurino (16), idque tandem aliquando a profanis scriptoribus didicisse videntur (17). Nonnullis in locis compilator Passiones SS. Polycarpi et Pionii impudenter exscribit. Ab anonymo etiam libello, quo Deciana insecatio haud inaccurate depingitur, non pauca mutuatur (18). Ceterum inepte horum temporum historiam tractat. Gordianum III (238-244) anno 295 post Augustum imperio potum, idque per lustra quinque tenuisse asserit ; Philippum (244-249) quem annos quindecim imperialis censet, ut exscrandum et impium hominem traducit. Nomina et cognomina consulum et praefectorum, quea vel ex libris vel e titulis collegit, miro modo permiscet, et inauditos honorum cursus excogitat (19). Verbo, praeliter nomina locorum ubi sancto martyri honor tribuitur, nulla prorsus in re hagiographo fides haberi potest.

6. De libello Vitæ et Miraculorum, qui plane commenticius est, seorsim disserere supervacuum ducimus. Quoniam tamen ineditus est, omnibus, qui praesto sunt, adductis codicibus, nempe A 1-3, 5, 9, eum exprimere conati sumus. Hi autem bijarium distribuuntur, ita ut unus recensionis A 1, A 3 testes sint, alterius vero A 2, A 5, A 9. Et haec quidem antiquas lectiones non paucas servasse censenda est. Satis tamen visum est libellum ex optimo codice A 1 proferre, ceterorum notatis variationibus. E codice A 5 solae cc. 3-8 lectiones selectae sunt.

7. Passionem S. Tryphonis a Symone Metaphrase retractatam BHG. 1857, et latine reddita.

Vitæ  
edendæ  
ratio.

Passio  
meta-  
phrastica.

(1) *Catal. Gr. Vatic.*, p. 220. — (2) *Ibid.*, p. 252. — (3) *Ibid.*, p. 137. — (4) *Anal. Boll.*, t. XXI, p. 10 ; G. MERCATI, *Note di letteratura biblica*, (Roma, 1901), p. 212. — (5) *Hagiographica*, in *Studi e Testi*, t. XIX (Roma, 1908), p. 43-74. — (6) *Ibid.*, p. 22. — (7) DELEHAYE, *Les Passions grecques des saints militaires*, p. 33-34. Supra, p. 14. — (8) BHL. 8711. — (9) BHL. 6908. — (10) E. AMÉLINEAU, *Les Actes des martyrs de l'Église copte* (Paris, 1890), p. 54. — (11) BHL. 5538 ; P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Note agiogra-*

-tam

*fiche*, fasc. 5, p. 85-93. — (12) TH. NISSEN, *S. Aberci Vita* (Lipsiae, 1912), p. 35. — (13) In *Actis S. Marcelli*, BHL. 5234. Cf. L. M. HARTMANN, in *Serta Harteliana* (Wien, 1896), p. 142-44. — (14) BHL. 6908, n. 11. — (15) GREGORII TURONENSIS *In Gloria confessorum*, LXII. — (16) BHL. 5720. — (17) Cf. H. GÜNTHER, *Die christliche Legende des Abendlandes* (Heidelberg, 1910), p. 113. — (18) P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Hagiographica*, p. 27-40. — (19) *Ibid.*, p. 22-23.

AUCTORE  
H. D.

*iam Lippomanus primum (1) dein Surius Vitis Sanctorum a collectis adiunxerunt. Graece servata est in codicibus non paucis quorum hosce selenigendos duximus.*

**M 1** = Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis gr. 1450, saec. XI exaratus. Menologium februarii (2). Fol. 1-10 : *Passio S. Tryphonis.*

**M 2** = Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis gr. 1178, saec. XII exaratus, miscellaneus (3). Fol. 108-120<sup>v</sup> : *Passio S. Tryphonis.*

**M 3** = Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis gr. 1529, saec. XII exaratus. Metaphrasis februarii martii et aprilis (4). Fol. 3-12 : *Passio S. Tryphonis.*

**M 4** = Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis gr. 1500, saec. XII exaratus. Metaphrasis februarii martii et aprilis (5). Fol. 1-7<sup>v</sup> : *Passio S. Tryphonis, acephala, incipiens in num. 5.*

**M 5** = Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis Coislin 307, saec. XVI exaratus. Menologium a Ianuario ad Augustum (6). Fol. 240-246 : *Passio S. Tryphonis.*

Eiusdem  
epitome.

In codice Mosquensi 376, quo menologium contractum continetur, legitur quoque *Passio S. Tryphonis* quae incipit : *Τούρον δὲ θαυμάσιος, δὲ τῆς ἀνηράτου καὶ θελας τονθῆς ἐπόνωμος (7).* Nullius momenti est, cum tota pendaat a Metaphrase, cuius ipsa phrasis plerumque uititur.

**Pseudo-**  
**Romani**  
**χορτάτοις.**

8. Editum est *χορτάτοις* de *S. Tryphone*, sub acrostichide τοῦ τακτοῦ Ρομανοῦ, quod nihilominus a peritis Romano melodo abiudicatur (8). Libello de *Vita et Passione Tryphonis* usus est poeta, quisquis ille est, qui de celero fontem nullo pacto celare conatur : *καθὼς διδάσκει η βίβλος (γ', 3), δύναται μανθάνειν ἀπὸ τῆς βίβλου (η', 5), ως γέργασται (ιδ', 6).* Quenam juerit illa βίβλος haud facile est reperire. Certe metaphrasis Symonis non fuit, nam complura a melodo affectantur quae in illa desiderantur, et eam narratio formam exhibet qua *Passionem tum Vita et Miracula*, tum etiam prooemium quoddam praemissum erat. Nullam talem graece scriptam habemus. *Latinos de S. Tryphone libellos*, qui a graecis exempli pendent, et de quibus mox, potius respicere oportet. Attamen, ut verum fateamur, toties retractata fuerunt haec Tryphonis gesta, ut de reperienda recensione quam securus sit melodus, paene desperandum sit, exiguo sane rei historicae damno, cum nihil prorsus in toto carmine detegamus quod in nostris libris passim non legamus. Perparum ergo utilitatis afferit canticum, cuius antiquiores codices sace. XI non superant, cum neque ad aetatem libellorum de *S. Tryphone* definendam quicquam conferant. Unum notare velim in versu intercalari, octies et decies repetito, τὸν ἄρθρατον στέφανον martyri reservatum variis modis adduci. In libellis quippe nos-

tris saepius recurrit coronae mentio. Et in Passe- De corona  
sione quidem asseritur coronam, quae pretiosissima Tryphonis.  
lapidibus ornata esset, caelitus demissam mar- nis.

lyris capitii impositam fuisse : εἰδον ἐπέρι τὴν λαμ- πότητα τοῦ ἥλιου φῶς περιστράψον αὐτῷ καὶ στέφανον ποιήσοις λίθοις ἡμιεισμένον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ (c. 9). Crediderint hanc ipsam coronam servatam esse, eamque ipsam in basili- cula S. Tryphonis repositam ? Ita censuit, ni fal- lor, anonymous *Vita et Miraculorum* scriptor : ὃ δὲ ἀρχὴ τῶν ἄθλων αὐτοῦ γέγονεν ἐν Και- φάδον (Σαμφάδον) κόμη, δπον καὶ ὁ στέφανος αὐτῷ δέδοται καὶ φνλαζθεῖς τετήσηται ἐν τοῖς οὐρανοῖς (c. 1). Haec codicis A 1 lectio est ; in aliis omniumtunc haec verba ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quae glossae speciem habent, negue legebantur in ver- sione latina BHL. 8338 : *Sanctus Dei Tryphon natus* > erat in Sansadocume, ubi et corona eius custodita servatur. *Talibus delectari solet plebecula et temere assentitur cum ea rebus ipsis comprobari existimat quae manibus attrahuntur.*

9. Ea erat apud graecos S. Tryphonis fama, ut duos imperatores laudatores haberent. Inter homilias Leonis V, cognomine Sapientis (886-911), quas coram populo recitare solebat (9) habetur laudatio . S. Tryphonis (BHG. 1858) cuius codices praesto sunt :

**A** = Codex Athonensis monasterii Hiberorum, membranaceus, continens Leonis imperatoris πανηγυρικὸν λόγον, cuius apographum, manu Gregorii V patriarchae Constantiopolitanus exaratum, servabatur ἐν τῷ καλονέρῳ τῶν Μωραΐτων κελλῶν τῆς ἐν τῇ αὐτῇ ιερᾷ μονῇ <τὸν Ιβρίων> σκήτεως τοῦ τιμίου Προδρόμου. Ex hoc autem apographo Leonis sermones edidit monachus Athonensis Acacius (10), cuius liber pro codice nobis erit.

**B** = Codex bibliothecae Ambrosianae F. 106 sup., membranaceus, saec. XIII-XIV exaratus (11) Inter homilias Leonis imperatoris, fol. 185<sup>v</sup>-194<sup>v</sup>, laudatio S. Tryphonis.

**C** = Codex Parisiensis bibliothecae Nationalis graec. 1201, chartaceus, saec. XVI exaratus (12). Inter homilias eiusdem Leonis, fol. 358<sup>v</sup>-374, laudatio S. Tryphonis.

**D** = Codex bibliothecae Vaticanae graec. 637, chartaceus, saec. XVI exaratus (13). Continet etiam homilias Leonis, et fol. 299-312<sup>v</sup>, laudationem S. Tryphonis.

E codicibus tribus A, B, C, laudatio proferetur ; quartum inspeximus quidem, non tamen contulimus.

10. Theodosius Lascaris, qui fuit alter huius nominis imperator Nicaenus (1254-1258), princeps eruditus et pius (14), et ipse laudationem S. Tryphonis reliquit, de qua pauca in epistulis suis. Scribit ad Georgium Muzalonem : 'Αλλ' ἰδού

Laudatio  
a. Leone  
imperatore.

F

Laudatio  
a. Theodoro  
Lascari.

git N. Porov, Mosquae, 1892. Cf. Th. USPENSKI, in *Byzantinische Zeitschrift*, t. II, p. 632-34. — (10) Λέοντος τοῦ σοροῦ πανηγυρικοῖ λόγοι ἐκδοθέντες σπουδῇ καὶ ἐπιμελεῖται Ακαδημίου μοναχοῦ. Athenis, 1868, i<sup>o</sup>- 352 pp. — (11) MARTINI-BASSI, *Catalogus codicium graecorum bibliothecae Ambrosianae*, t. I, p. 421. — (12) Catal. Gr. Paris., p. 98. — (13) Catal. Gr. Vatic., p. 12. — (14) De eo J. DRÄSEKE, in *Byzantinische Zeitschrift*, t. III, p. 498-515.

σοτ

**A** σοι τὰ τῶν ἐσχηματισμένων λόγων ἐσχηματισμένων σχηματίζομενοι τελεύσαντες, πρὸς τὸν ἀσημάτιον καὶ ἀπόνταν καὶ ὄμητιόν, εἴποι καὶ ἀνδρικόν καὶ φρόνιμον καὶ δίκαιον καὶ σοφονικόν, διὰ ταῦτα δὲ καὶ ἔναρτον, τὸν λόγον τῶν λόγων μετατίθαμεν, γινόσκειν σε ποθούρτες, διὰ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ καὶ τοῦ μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος ἀρχῆγῷ τε καὶ προτροπῇ διὰ τῆς τῶν κυρίων καὶ τῆς τῶν θαυμάτων αὐτοῦ ἐξαρθήσεως πρός τὰ δυτικάς παταλαμάνουμεν πεδίαδας (1). Epistula autem ad Michaelem Senacherim et Andronicum Frangopulam his absolvit: Ἐγεγένη γάρ καὶ ἀνέκλιπτὴ τὰ χρειώδη τοῖς διδάσκονται καὶ διδασκομένοις πεποιηκότες, ὑπεντυπόαμεν ἐν τῷ ἡμέτερῳ συντάγματι, ὅπερ δὴ τυπωτικός τῷ μεγαλομάρτυρι ἀνέβημεν Τρύφωνι, ὁ Σεναχερίμ πάλλιστος πολλοῖς καὶ λόγοις ὀνομαστέ τε καὶ πρόξεστος καὶ ἀρδόντες τῆς γραμματικῆς ἀρχιβελᾶς διάδοχος (2). Exstat S. Tryphonis encyclopiam in codice **D** = Vaticano graeco 516, chartaceo, saec. XIV-XV exaratus, fol. 321-327<sup>av</sup> (3).

**B** *Latina interpretatio* 11. Passionem graecam cum Vita et Miraculis latini interpretari sunt et variis modis suis aptarunt usibus. *Passio* quae incipit: Apud civitatem Niciam anno CCXC a regno Augusti, et repertar est in codice Taurinensi F. III. 16, saec. X exarato, fol. 23-27 (4), item in codice Vaticano lat. 5772, saec. XII, fol. II-13<sup>v</sup> (5), unde apographum habetur inter collectanea Bollandiana, cod. bibliothecae Bruxellensis 8939, fol. 200-203, scil. BHL. 8338 b, versio est libelli BHG. 1856, seu Passionis graecae antiquioris. Suas utique lectioines proprias habet versus illa, sed non tanti sunt momenti ut cum greca pharsi interpretatio conferenda videatur. Ab ea igitur typis edenda consulta abstinebimus.

**C** *Vitae cum Passione coniuncta.* 12. Est et *Passio* BHL. 8338 (inc. Sanctus Dei Tryphon natus erat Sansadocume cui aptius praefigetur lemma Vita et *Passio* S. Tryphonis, cum uno tenore enarrat quae tum græcorum Vita et Miraculis tum martyrio BHG. 1856 contenta sunt. Tradita est ad diem IIII nonas februarii in codicibus non paucis, quorum solos qui in biblioteca Nationali Parisiensi repositi sunt enumerasse satis erit:

*Codex lat.* 3788, saec. XII exaratus, fol. 133-136, cuius ope a nostris primum editus est libellus.

*Codex 14650*, saec. XV, fol. 183-189.

*Codex 5318*, saec. XII, fol. 172<sup>v</sup>-175. In hoc et in sequenti codice res passim fusius narrantur.

*Codex 5352*, saec. XIII, fol. 10-13<sup>v</sup>.

*Codex 18308*, saec. XV, fol. 38-47.

*Codex 16732*, saec. XII, fol. 8<sup>v</sup>-11<sup>v</sup>. Hic et qui mox sequuntur codices ex eodem fluxerunt exemplari.

*Codex 17004*, saec. XIII, fol. 9<sup>v</sup>-12<sup>v</sup>.

*Codex 5297*, saec. XIII, fol. 1-2<sup>v</sup>. *Passio* multa est (6).

AUCTORE.  
H. D.

*Libros graecos parum diligenter latine expressos hagiographi pro lubitu, more suo, refractarunt, dilatando, contrahendo, mutando. Ridicule interpretes hospitium seu πανδοχεῖον in hominem commutavit: Pandochium qui iacebat febricitans. Opusculum, lectu prorsus indignum, in nostris libris (7) semel recepisse sufficiat.*

13. Alia est S. Tryphonis Vita et *Passio*, BHL. 8339, quae incipit: Ad laudem et gloriam Domini pertinet, quae reperitur in hisce codicibus:

**V 1** = *Codex bibliothecae Vaticanae lat.* 6076, saec. XVII ineunte exscriptus e codice perduto basilicae Sanctæ Cæciliae trans Tiberim (8); fol. 79<sup>v</sup>-83<sup>v</sup>: S. Triphonis martiris, ad diem 10 novemboris. Sequitur, fol. 83<sup>v</sup>-86: S. Nimphe = BHL. 6254, 6255.

**V 2** = *Codex Capituli Sancti Iohannis in Laterano A. 80*, membraneus, saec. XI exaratus (9). Fol. 239-245<sup>v</sup>: *Passio* S. Triphonis martyris, die 10 novemboris.

**V 3** = *Codex bibliothecae Vallicellanae, t. IX*, membraneus, saec. XI exaratus (10). Fol. 5-10: *Passio* S. Thyryphonis martyris, ineunte mense februario legenda.

**V 4** = *Codex bibliothecae Regiae Bruxellensis* 8939, collectanea Bollandiana mensis novemboris, fol. 156-165, 178-187, utriusque codicis **V 1**, **V 3** apographum continet.

*Libellum* edituri sumus ex **V 1**, cuius scripturam aliquantulum nutram ad unam redigimus normam; lectiones autem codicum **V 2**, **V 3** in substrata annotatione posuimus. Ex uno fonte, id est versione libellorum græcorum, hausit scriptor anonymous, qui stilo usus politiore eadem profert quae *Vita* BHL. 8338, suaque refractioni prologum praefixit. Opus præ manibus habuit Theodoricus monachus, SS. Tryphonis et Respicii gesta narraturus. Qua ratione illo usus sit suo loco exponentur (11), et manifestum fiet e lectionibus codicis **T**, quae inde a c. 8 annotationi criticae adiectae sunt.

14. In codice **P** = *Archivi Capituli Sancti Petri signato A 5*, fol. 147<sup>v</sup>-157<sup>v</sup>, saec. XI exarato, legitur *Passio* S. Tryphonis martyris, mensis november X (12), cuius proœmium et prior pars ita concordat cum BHL. 8340, ut pro *Passione* SS. Tryphonis et Respicii quam Theodoricus monachus compilavit habita sit, quod tamen, re attentius inspecta, falsum esse comperimus. De Respicio enim nulla in tota *Passione* mentio est, et res narratas quod attinet, cum *Vita* et *Passione* S. Tryphonis BHL. 8339, de qua modo, plane convenit. Eam certo adhibuit Theodoricus, usitato more, ita ut libelli integra capita, paucis mutatis exscriberet. Quod manifestum erit ex lectionibus codicis **P** quas operi Theodoriciano (13) subiungendas duximus, simulque totius opusculi ratio perspicietur.

*Libellus latinus alter.*

E

*Libellus latinus tertius.*

(1) N. FESTA, *Theodori Ducae Lascaris epistulae CCXVII* (Firenze, 1898), p. 245-46. — (2) Ibid., p. 276. — (3) *Catal. Gr. Vatic.*, p. 60. — (4) *Anal. Boll.*, t. XXVIII, p. 431. — (5) *Catal. Lat. Vatic.*, p. 149. — (6) *Catal. Lat. Paris.*, t. I, p. 281; t. II, pp. 11, 179, 301; t. III, pp. 258, Novembris Tomus IV.

340, 389, 440. — (7) *Catal. Lat. Paris.*, t. I, p. 284-92. — (8) *Catal. Lat. Vatic.*, p. 176. — (9) *Catal. Lat. Rom.*, p. 62. — (10) *Catal. Lat. Rom.*, p. 333. — (11) *Infra*, num. 28. — (12) *Catal. Lat. Rom.*, p. 18. — (13) *Infra*, num. 28.

41 15.

AUCTORE

H. D.

Epitome.

15. Tandem, ne quid e latinis omisso videamur, variae leguntur epitome de gestis et passione S. Tryphonis apud Vincentium Bellvacensem, Spec. Hist., lib. XII, cc. 47, 48; apud S. Antoninum Chronic. lib. I, tit. 7, c. 7; apud Petrum Calo, duobus locis, mensibus februario et iulio (1), quae omnia ad eosdem fontes reducenda sunt.

Libelli  
armenice  
conscripti

16. Passio S. Tryphonis quae lingua armenia edita est (2), Vitam habet et Miracula martyrio praefixa. Libellum latine legi ex interpretatione Pauli Peeters nostri, qui illum aliquando in Analectis editurus est ut armeniorum studia hagiographica promoveat, non tamen ut nova et certiora de S. Tryphone proferat. Similis enim est narratio illa graecis et latinis testibus quos eadem perpetuo dictantes ad satietatem usque audiimus; et si quae proprii habet, vel in exemplo graeco, non superstite, reperta sunt vel ab interprete inducta. Armenia commentatio cum latina illa BHL. 8238, de qua diximus, aliquam similitudinem habet. Incipit ut illa fere: Natus est

B Tryphon ex fidelibus patre et matre. Eum pater moriens cum sorore una reliquerat. Puerum mater eius et soror in pietate educaverunt ac Dominino consecrarunt. Doctrinam sapientiae docuerunt eum et gratia Dei erat cum puer. Cum annos duodecim (3) explexisset Tryphon, et studio pietatis vacaret inter aequales, quos ad Dei religionem hortabatur, accidit subito ut puerum aliquem ex eorum numero serpens venenatus morsu appeteret. Tum sequitur miraculum de puer illo sanato et alia pleraque ex libello Bίος καὶ θαύματα nobis notissima nunc contracta nunc late narrata. Ex ipsa Passione locos nonnullos affere iuvat. Postquam Tryphon iudicari intrepide responderat se ad supplicia paratum esse: His auditus, eparchus sanctum iussit super ignem suspensi: qui per integrum diem ita suspensus remansit, ad Deum preces fundens. Tyrannus sancti constantiam perspiciens, iussit corpus eius ferro laniari. Sanctus vero mentem suam ad Deum erectam tenebat: et cum tres horae in his gravibus acerbisque cruciatibus consumptae essent, dixit tyrannus beato: « Nonne reapse te paenitet eius modi arrogantiae tuae, cum nemo contra regium mandatum possit vivere? » Dixit sanctus: « Caelestium mandatorum <causa> multi pessimis mandatis resistentes victoriam adepti sunt, et ab immortali rege coronam incorruptam tulerunt. Quapropter et ego qui in potentia immortalis (Dei) spem posui, confido me superaturum esse saevitiam et tuam et regis et concilii vestri consciit Satanae. Neque idola colo neque cultor fiam daemonis, qui terrae principem impellit ad exequenda placita sua, omnis iniquitatis plena, ut eum sempiternis suppliciis addicat, quae a iusto iudice ei et ascelis eius parata sunt. » His auditus tyrannus eum abduci iussit in altum frigidumque campum, nam hiems erat aspera et nix multa. Illuc igitur eum con-

iecerunt. Et praecepit ut multi milites immissis D super eum equis eum conculcarent. Cum autem multae horae inter has angustias effluxissent, sanctus ad Dominum clamavit dicens: « Domine, ne computes illis hoc peccatum, nesciunt quid faciunt. » In carcerem dehinc conicitur. Tunc tyrannus vehementiori furore percitus, clavos ferreos iussit afferri et in eius pedes infigi; atque sic diem integrum per urbem plateas eum in nive currere coegerunt. Neque hoc tormentum persensit. Post nova tormenta iudex iubet sanctum gladio animadvertis. Sanctus autem Deo gratias agit. Et cum dixisset: « Amen », continuo beati Tryphonis caput praeviderat; sic igitur animam tradidit ad gloriam Dei. Contigit hoc Nicaeae. Fratres autem qui illuc aderant surreptas sancti reliquias in arcuam deposuerunt et navi in vicum transmiserunt, qui superius dictus est. Samousam dixit, sane pro Sampsado.

17. S. Tryphonis memoria synaxaris Graecorum inscripta est ad diem 1 februario, quo etiam in menologis eius Passio legenda proponitur. Nec alium natalem habet in calendariis qui a Graecorum libris ecclesiasticis pendent. Vicinum notat 3 februario calendarium Capuanum saec. XI vel XII exaratum (4), sed cum graecis plane concordat calendarium marmoreum Neapolitanum vetustissimum. Latinorum plerique Romanum morem sequuntur. Locus ubi praeceps colebatur S. Tryphon, Σαμψάδον χώμη esse videtur, vicus haud procul ab Apamea in Phrygia situs, ceterum ignotus (5). Quoniam autem et Nicaeam in Bithynia deductus fuisse fertur ibique ultimum subiisse supplicium, ad eam quoque civitatem nullum eius propagatum fuisse oportet (6). Saec. VI ornatissimum S. Tryphonis templum in Urbe regia existabat, ab ipso Iustiniano excitatum: καὶ Τρόφων ἀνέθηκεν ἵερὸν μάρτυρι πάντοι τε καὶ χρόνῳ πολλῷ ἐξ κάλλος ἀποτετρεμένου ἀμύνητον ὅλως ἐν τῇ τῆς πόλεως ἀγορᾷ, ἡ τοῦ Πελαργοῦ ἐπάνων μός ἔστι (7). Porro Πελαργοῦ tractus est urbis cui vicina quondam erat ecclesia Novatianorum (8).

Libri autem recentiores Iustiniano conditori tribuunt τὸν ἄγιον Τρόφωνα τὸν ὄντα εἰς τὰ Εὐρώπουν et etiam τὸν ἄγιον Τρόφωνα τὰ Βασιλίσκουν (9). Octobris 19 anniversarius dies erat dedicationis τοῦ ἄγιον Τρόφωνος τοῦ ὄντος ἑδρῶν τοῦ ἀποστολεὸν τοῦ ἄγιον ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου πλησίον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας (10), quo loco etiam synaxis indicabatur die 1 februario (11). Habeatur etiam S. Tryphonis μαρτυρεῖον πλησίον τῆς ἀγίας Ελούνης τῆς ἀσταύλας καὶ νέας (12), alteri quidem vicinum, si tamen ab eo diversum est. Monasterium quoque sancto Tryphonio dedicatum erat, nostro, ut videtur, martyri. Leontius enim qui subscriptis libello monachorum ad synodum sub Hormisda archimandrita erat τοῦ ἐν στοῖσι τῆς ἀγίας Ελούνης τῆς ἀσταύλας καὶ νέας (13), alteri quidem vicinum, si tamen ab eo diversum est. Monasterium Constantinopolis Christiana, t. II, p. 140.

S. Tryphonis cultus in Oriente,

Constantinopoli,

F

C (1) Anal. Boll., t. XXIX, pp. 59, 78. — (2) BHO. 1234. — (3) In graeco duos, in latinis quinque. — (4) MICHAEL MONACHUS, Sanctuarium Capuanum (Neapol., 1630), p. 392. — (5) Nimirum incerta sunt quae de loco scripsit W. M. RANSAY, Cities and Bishoprics of Phrygia, p. 450. — (6) De portentosis Nicaenis illis cf. infra oratio nem Theodori imp., c. 8. — (7) PROCOPII De aedificiis, I, 9. — (8) SOZOMENI Hist. eccl., IV, 20, HUSSEY, p. 305. — (9) PREGER, Scriptores originum CP, p. 255. — (10) Synax. Eccl. CP, p. 150. — (11) Synax. Eccl. CP, p. 437. — (12) Ibid., pp. 818, 840. — (13) DUCANGE, Constantinopolis Christiana, t. II, p. 140.

-munitorum

*in Graecia. munitorium appellaverunt (1), sancto Tryphonii ecclesias consecratae fuisse quae aetatem non tulerunt quis dubitet? Quattuor nostris diebus Sancti Tryphonis ecclesiae supersunt in Hellade (2).*

*Oratio seu exorcismus S. Tryphonis.*

18. In eucologis graecorum habetur ordo servari solitus circa agrum, vineam aut hortum si a reptilibus, insectis aliisque animalium speciebus pernicias iis inferatur. Et quidem missam celebrari oportet; tum lampadem S. Tryphonis aut S. Eustathii aut S. Iuliani ex Libya, aut utriusque accendi; completa autem liturgia, oleo e lampadibus illis sumpto et pariter aqua sanctorum Theophantiorum, aspergi a sacerdote agrum, vineam vel hortum, et certas orationes recitari (3). Harum praecipua est oratio S. Tryphonis dicta: Προσενγή τοῦ ἀγίου μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος ἐπὶ πᾶσαι ἀπελογίαις γόραν ταῖς κατῆλθεν ἐκ Θεοῦ παντοχώρος οὐκ εἰς τὸν τόπον ἔξεινον μόνον ἀλλὰ καὶ εἰς τὰς ζώνδια περιχώρους (4). Est autem re vera exorcismus noxiorum animalium quorum catalogus recitatur, ab ignoto homine S. Tryphonii suppositus, inter vanas superstitionesque observations amandandus (5). Saepius occurrit in codicibus (6) neque eadem ubique formula usurpat (7). In nonnullis exemplaribus liturgiae S. Iohannis Chrysostomi, inter sanctos quorum memoria fit ἐν τῷ προσομοιῷ, Tryphon etiam numeratus (8). Solet et commemorari in officio τοῦ μικροῦ ἀγίου σπουδῶν (9) et in oratione quam dicunt perororum Septem seu Septem dormientium (10).

Cultus S. Tryphonis Romae, B  
et Iohanni secundo atque Iohanni tertio religiosis presbyteris, quatenus concederemus et confirmaremos vobis vestrisque successoribus ecclesiam sancti Christi martyris Triphonis esse tutam et liberam a omni condicione cum omnibus que ad eam pertinent que per Crescentium nobilissimum Romane urbis prefectum seu per ceteros eiusdem

ecclesie vicinos a noviter est constructa. Siquidem per interventionem suprascripti filii nostri Crescentii glorioissimi prefecti iam dictam ecclesiam confirmamus vobis vestrisque successoribus per hoc nostre auctoritatis privilegium, ita ut perpetualiter in ea permaneatis atque perenniter laudes eterno Deo referatis a presenti quinta indictione vobis vestrisque successoribus concedimus detinendam. In die enim sacre dedicationis ciudem ecclesie cum sanctissimum corpus beati Triphonis martyris propriis nostris manibus ibidem reconderemus promulgatum est a nobis ut quemadmodum relique catholice ecclesie infra Romanam urbem honorabiles existunt similiter et ipsa consistat. Dignum namque est uero sancto martyri Triphoni cum summa devotione famulem et ecclesia que sub eius nomine omnipotenti Deo est attitulata a nobis et a nostris successoribus debitum honorem recipiat atque in indicta ibi processione vel statione nostri sacri palatii schola cantorum conveniat. Ipse enim precellentissimus martyr obtulit corporis suum propter Deum ad diversa supplicia ideo proueruit coronam celestis regni (12). Quo tempore quave via sancti martyris reliquiae Romam delatae sint penitus ignoratur. Anno 1287, februario 20, Sancti Tryphonis ecclesia concessa est ab Honorio IV eremita S. Augustini (13), qui eam currente saec. XV solo aequarunt et eius loco Sancti Augustini aedes construxerunt (14). Dimidiam in iisdem partem corporis S. Tryphonis asservari affirmat Terribilini (15), ea sola, ni fallor, ductus ratione quod et in ecclesia Sancti Spiritus in Saxia S. Tryphon cum Respicie et Nympha requiescere censemur. Partitionis reliquiarum inter utramque ecclesiam nullum est nec in chronicis neque in instrumentis vestigium.

20. Eiusdem sancti corpus se possidere gloria-  
tut civitas Catharenium, quondam Ascrivium seu Decatera, nunc Kotor, ad ostia Catharenia (vulgo Boka Kotorska), et antiqua cerle rei fama est, cum iam referat Constantinus Porphyrogenitus sacras eius reliquias in castro τοῦ Δεσπάτερον quiescere: ἐν δὲ τῷ αὐτῷ κάστρῳ κεῖται ὁ ἄγιος Τρύφων ἀνεγένετο πάσαν γόρον λάμπεος, μάλιστα τοὺς ὅποι πνεύματα ἀκαθάρτων γερανούμενος· ὁ δὲ ναὸς αὐτοῦ ἐστιν εἰληματικός (16). Historia translationis satis prolixa et in novem lectiones divisa legitur in officio S. Tryphonis anno 1561 Venetiis impresso. Cui si fidem adhibes, contigit anno 808 vel 809 mer-

AUCTORE.  
H. D.

(1) Vita S. Nicolai Studitae: τὴν προσπέλασιον τῷ Ἀχελέᾳ χερσόνησον, τὴν ἐπόνημον τοῦ μεγάλου μάρτυρος κατειλήφασι Τρύφωνος. P. G., t. CV, p. 900. — (2) MAX HERZOG ZU SACHSEN, Das christliche Hellas (Leipzig, 1918), p. 326. — (3) GOAR, Εὐχολόγιον sive rituale graecorum, p. 696. — (4) Ita in cod. Vindobonensi Hist. graec. 3, fol. 12<sup>r</sup>, ubi refertur oratio quae dicta est super agros τοῦ δυούλου τοῦ Θεοῦ Ἀλεξίου τοῦ σπαθαρίου. — (5) Cf. L. ARNAUD, L'exorcisme de Tryphon le martyr, in *Echos d'Orient*, t. XII (1909), p. 201-205; t. XVI, p. 123-27; F. PRADEL, Griechische und süditalienische Gebele, Beschreibungen und Recepte des Mittelalters (Giessen, 1907), pp. 4, 62-63, 108. — (6) A. DMITRIEVSKIJ, Opisanie liturgičeskikh rukopisej, t. II, pp. 119, 243, 368, 417, 453, 496, 582, 794, 795, 806, 816. — (7) Conferenda quae edidit GOAR, t. c., p. 697-99, cum DMITRIEVSKIJ, t. c., pp. 119, 248, 964 et A. N. ALMAZOV, in *L'ëtopis istoriko-filolog-*

Cathari  
in Dalmatia.

-calores

AUCTORE  
H. D.  
*Historia  
translatio-  
nis reli-  
quiarum.*

*calores Venetos Sansadum devenisse, et favente quodam monacho reliquias S. Tryphonis clam abstulisse. Prospero cursu navigantes ingrediuntur Ionium mare et Coreyram praetergressi Dyrrachium, Lissum Olichinumque superaverunt. Dum sic autem praesenti numine multo laetiores quam spe lucri per Adriaticum mare secundis ventis navigarent, faucesque iam sinus Catharensis a dextris haberent, ecce subito eorta tempestate navim saevientium rabie procellarum in sinum disiecit Cathari apud Tarbanum. Sequenti autem die reserato caelo sublati anchoris credentes se prospero cursu patriam versus navigaturos, dant vela ventis, carbasa tument, loco tamen non divellebatur prora, stabat navis fixa et immobilis instar scopuli, nihil nautis aut velis aut remis proficienibus. Intellexerunt mercatores martyrem ulteriori progredi nolle statimque legatum ad Catharensium senatum miserunt qui sancti martyris reliquias civitati offerret. Qui summo cum gaudio exceptus est, et sine mora sacrae exuviae ad litus deduciae. Tum episcopus cum clero et universo populo ad levandum sacrum corpus processit, quod non absque miraculo in urbem introductum est. In eo loco ubi episcopus omnes subsistere iussit, ecclesiam fabricare decreverunt, quam postea brevi spatio temporis miraque celeritate ad laudem Dei eiusque gloriae genetricis Mariae ad honorem vero ipsius martiris et sub invocatione eius nominis construxere ex lapide pario, porfirete et ophite, patrum scilicet sumptribus eorumque qui opibus et pietate pollerent et maiori ex parte Andreuccii viri opulentissimi (1). Haec minime hausta ex antiquis fontibus, sed maximam partem ex ingenio, ad normam simillimum historiarum concepta esse satis patet. Nec lectu dignum est Instrumentum corporis nostri gloriosi Confalonis sancti Tryphonis anno a Christi Incarnatione octingentesimo nono die decima tercia Ianuarii, quod ita incipit: Ego Andreatus et cum coniuge mea Maria et cum filio meo Petro et cum filia mea Maria et cum filia mea Theodora aedificavimus ecclesiam S. Mariae Infumariae cet. (2). Ignoti falsarii artes singula paene instrumenti verba produnt.*

*Translatio  
capitis.*

21. Ex eodem S. Tryphonis officio habemus lectiones in festo translationis capitii S. Tryphonis, a recentiore quoque scriptore compilatas, nullo etiam jontium unde hauserit, indicio. Anno Christi circiter M, ita ille, hostes subita incursione Catharum depraeclarunt et inter alia caput istius sancti mirum in modum adornatum abstulerunt et secum praeda onusti abduxerunt. Quod per multum tempus latuit nec scire potuerunt Catharenses quo in loco pretiosum caput reconditum haberetur, donec ita Deo maximo disponente, Matheus quidam Bonasi Catharensis mercator negotiandi gratia peragrata Macedonia superiorique Mesia Constantinopolim pervenisset. Hic inveniendi sacri capitii desiderio incensus, casu fortuito incidit in monachum illum cui

(1) Apographum habemus inter collectanea Bolandiana in codice Bruxellensi 8939, fol. 195-197. — (2) Ap. FARLATI, *Ilyricum sacrum*, t. VI, p. 425. — (3) Codex Bruxellensis 8939, fol. 197-199. — (4) FARLATI, t. c., p. 453. — (5) FARLATI, t. c.,

eiusdem thesauri custodia commissa erat. Cui D beatus Tryphon saepius in somnis apparuerat eumque fuerat adhortatus ut eunti alicui in Dalmatiam caput suum tradere non recusaret; unde his a mercatore acceptis suspicari caepit monachus an gratam rem martyri facturus esset si mercatori eidem caput suum ingenti studio ac instantia requirenti concedere non tardaverit. In somnis iterum admonitus, caput S. Tryphonis tandem Matthaeo Bonasio tradidit, accepta prius pecunia qua vitae sue fugiendo consulere posset. Maxima civium laetitia exceptae sunt sacrae reliquiae. Deinde volentes patres Mathaei Bonassi labores et beneficii aliqua ex parte remunerare, per ipsum pro recuperando sacro capite impensos, una cum episcopo cleroque eidem agrum insignem de ratione ecclesiae donaverunt, ipsumque Bonasum etiam immunitate omnis generis tributorum munierunt eique nobile mausoleum sub vestibulo, prope portam magnam ecclesiae cathedralis beati Tryphonis, concesserunt, cunctaque sibi suisque haeredibus publicis instrumentis roboraverunt. Translatum est autem seu restitutum caput beati Tryphonis martiris Catharum de suburbanis Constantinopolis, tempore domini regis Radislavi et Blasii episcopi Catharensis, anno a salutifera nativitate Domini ducentesimo vigesimo septimo supra millesimum, quartodecimo calendas decembribus (3).

22. Anno 1378, Victor Pisanus, classis Venetae praefectus, Catharum Hungaros eripuit, sed ex manubiis captiae urbis nihil retinuit nisi crus S. Tryphonis ex eius corpore detractum, illudque in ecclesia Sancti Fantini Venetis depositum (4). Quod deinceps Catharenses ut a Venetis sibi restituere frustra tentaverunt. Et anno quidem 1400 Catharensium legati his verbis rem aggressi sunt: Item hic in S. Fantini ecclesia asservatur crus domini S. Tryphonis, quod tempore expugnationis Catharo abstulit dominus Victor Pisanus. Eapropter rogamus excelsam vestram dominationem ut dignetur nobis permittere quod ipsum in patriam referamus ad S. Tryphonis ecclesiam, ubi antiquitus asservabatur. Venetorum respondum accipe: Respondemus quod alias similis requisitio facta fuit nostro domino per alios suos ambasciatores, quibus respondimus quod pro certa et rationabili causa non poteramus eis complacere, et sic ad praesens respondemus quod pro bona et honesta causa non possumus eis complacere (5).

23. S. Tryphon a Catharensibus habetur specialis protector defensor et adiutor sua civitatis, ita Codex Statutorum Civitatis Cathari, in quo legitur decretum de ceremonia fienda seu offerenda in solemnitate beatissimi martyris sancti Tryphonis protectoris civitatis Cathari per officiales ipsius civitatis (6). Rex autem Serbie Stephanus anno circiter 1331 duos nummos argenteos cudi iussit, in parte aversa effigie sancti martyris altera manu palmam altera aediculam sustinentis signatos (7), cum epigraphe inscripta S. TRI-

p. 433. — (6) Codex Statutorum, c. XXXIV, apud FARLATI, t. c., p. 455. Statuta Civitatis Cathari Venetiis edita sunt an. 1616. — (7) FARLATI, t. c., p. 449.

-FONIS

Reliquiae  
Venetis  
servatae.

Festa a  
Catharen-  
sibus  
celebrata.

A FONIS CATARENSIS. Quatuor festa S. Tryphonis celebrantur in ecclesia Catharensi. Primum est et praecipuum die 3 febriarii, qui graecorum festivitati vicinior est. Ludis, saltationibus et convivia faustum diem plebs christiana agere solet (1). Die 14 ianuarii commemoratione est translationis sacri corporis a Venetiis primum allati. Die 20 novembris fit anniversaria commemoratione inventi et Catharum relati capituli S. Tryphonis. Tandem dominica tertia post Pentecosten S. Tryphonis patrocinio sacra esl (2). Et haec sunt propria Catharensibus, qui ideo lamen romanam S. Tryphonis commemorationem die 10 novembris non neglegunt. Haec enim in tota dioecesi sub ritu dupli maiore agitur (3).

S. Tryphonis cultus in Campania,

B 24. Anno 1515 conditum est instrumentum inventionis brachii S. Tryphonis in pago Cesaroni, dioecesis Amalphitanae (4), quando ecclesia sub vocabulo Sanctae Mariae de mense Augusti maximam partem destructa est ut in ampliorem formam resurgere: Inter alia altaria ibidem existentia disfabricari fecerunt quoddam altare a parte dextra dictae ecclesiae, in quo quidem altare erat lapis marmoreus seu marmor, elevatusque ipso lapide marmoreo gradatim inventus fuit alter lapis marmoris cum certis scripturis grecis et figura ibidem sculpta, ac signaculis et certis aliis litteris latinis et columba similiter ibidem sculpta. Deinde vero subitus dictum lapidem cum dictis signaculis scripturis et pictura erat vas ligneum seu quedam casketta lignea antiquissima clausa in quo quidem vase sua cassa lignea fuit inventum quoddam brachium cum manu integra, praeter dumtaxat deficiente in ipsa manu certa parte digitii parvi et ultimi ipsius manus (5). Litteris latini inscriptum erat lapidi Olympiaci cuiusdam christiani epitaphium (6); litterarum autem graecarum vestigia, quae ad amussim delineata summopere desideramus, O ΑΓΙΟΣ ΤΡΙΦΩΝ vel quid simile referre visa sunt (7). Res valde dubia est, nec nisi lapide iterum a peritis inspecto decernenda. Num litteras graecas eodem in lapide exsisterint dubital Mommensus. Quo loco hodie lateat ignoramus.

C Fuerit inventis reliquiis honor habitus, ex instrumento non constat. Ceterum in eadem provincia cultum sancti martyris antiquiore esse vel ostendit monasterium Sancti Tryphonis extra muros urbium Sicilia bis Ravellensis olim conditum (8). Quoniam et Helvetia, anseribus pascendis intentus fuisse narrabatur

S. Tryphon, velut hortulanorum protector apud Siculos habitus fuit, et a senatu Panormitano anno 1637 inter tutelares adscriptus, dedicato eius nomini sacello in ecclesia cathedrali. Aliis in Sicilia locis eidem excitata sunt sacella (9). Item ecclesia in vico Helvetiae Saint Triphon.

AUCTORE  
H. D.

## § II. De sanctis Tryphone et Respicio.

25. Praeter martyrologia et calendaria quae in principio huic commentarii adducta sunt et monumenta litteraria de quibus nunc nobis agendum erit, perpaucia sunt cultus S. Respicio una cum S. Tryphone redditi vestigia. Missale quod servatur in basilica Sancti Petri, F 14 signatum, saeculo XII scriptum, in proprio sanctorum habet festum S. Triphi et Respicii, legiturque in oratione « Libera », post S. Andreea nomen: et beatis martyribus Tryphone et Respicio (10). Sub initium saec. XI ecclesiae Sancti Respicii martyris mentio occurrit, cuius presbyter Leo Theodosio monacho scribendi materiam subministravit; erat quippe cotidianus beati triumphatoris Christi Respicii titularis eiusus sacerdos (11). S. Tryphonis usque nomen omittitur; cum lamen in suo libello Respicium S. Tryphonis socium facial Theodoricus, utrique martyri ecclesiam dicatam fuisse aportet.

26. In aede Sancti Spiritus in Saxia olim parieti infixus erat titulus, a Sabino servatus, in hunc modum: Anno dominice incarnationis MCXXIII indictione I, VI kal. martias, pontificatus domini Cal (listi) secundi pp. anno quinto consecratum est altare hoc in honorem S. Mariae virginis ab eodem venerabilis pp. et cum episcopis et card(inalib)us suis nec non cum multis aliis archiepiscopis et innumera multitudine clerici et populi: ubi etiam recondita sunt a Petro ven. Portuensi episcopo corpora sanctorum martyrum Trifonii et Respicii et Agapiti et caput S. Rufine virginis et martyris. Eodem die et eadem indictione factum est hoc per manus Iohannis presbyteri cardinalis S. Chrysogoni qui dicitur de Crema (12). Eodem anno VIII id. iul., dedicatum est oratorium a praedicto Iohanne de Crema in titulo suo Sancti Chrysogoni constructum: ubi recondite sunt hec reliquie: de costa S. Stephani protomartyris,

SS. Res-  
picii et  
Tryphonis  
reliquiae

Romae in  
ecclesia  
Sancti  
Spiritus

2 martii 1815. Officia propria S. Tryphonis martyris civitatis et dioecesis Catharensis patroni principalis, s. l. a. [1815], p. 29.—(3) A. BASSICH, Della vita e del martirio di san Trifone titolare della Chiesa cathedrali, primario patrono della città e diocesi di Cattaro (Vienna, 1845), p. 29. Legantur et Notitiae historicae, in Schematismus seu status personalis et localis dioecesis Catharensis pro anno Domini MCMVII (Ragusii, 1907), p. 15.—(4) Edidit A. A. PELLICIA, De Christianae ecclesiastis politia, t. III (Bassani, 1782), p. 357-66.—(5) PELLICIA, t. c. p. 359.—(6) C.I.L., X, 668.—(7) PELLICIA, t. c., p. 362, annot. v.—(8) PELLICIA, t. c., p. 363-65, annot. v.—(9) I. M. AMATUS, De principe templo Panormitano libri XIII (Panormi, 1728), p. 343.—(10) EBNER, Quellen und Forschungen zur Geschichte des Missale Romanum (Freiburg i. Br., 1896), p. 187-88.—(11) Infra, num. 28.—(12) DR. ROSSI, Inscriptiones christianae Urbis Romae, t. II, p. 434, n. 98.

de

AUCTORE  
H. D.  
et Sancti  
Chrysogoni.

de capite S. Anastasii martyris, de capite S. Sebastiani martyris, de sanguine et ossibus B. Laurentii et carbonibus, de brachio S. Calisti martyris, de costa S. Prisce, de sepulchro et spongia Domini, de reliquis S. Ipoliti martyris, Marci et Marcelliani martyrum, de vestimentis S. Iohannis evangeliste, de reliquis S. Tarsille, Triphonis et Respicii martyrum, Agapiti martyris, de peplo S. Barbarae tincto sanguine, de reliquis S. Sixti pape et martyris, Adriani pape et martyris, Stephani pape et martyris, Cirille virginis, de capite S. Rufine et sanguine Secunde sororis eius, S. Cornelii pape et martyris, de <reliquis> S. Nimfe virginis et martyris (1).

Passio  
SS. Try-  
phonis et  
Respicii  
anonyma;

F conturbasti sententiam et non alligatos<sup>27</sup> nostra dictione non approbasti sicut temerario<sup>28</sup> ore proferre ausus es? » Ad quem Domini<sup>29</sup> famulus respondit : « Si approbare nequeo quod promisi, recte irasceris; si autem promissa complere valleo, ostendis te irato animo quaesisse quod placida mente complere debuero. Verumtamen<sup>30</sup> ut proposita<sup>31</sup> persolvam et veridicum me ostendam, ideo tuis assertionibus alligatum<sup>32</sup> superius dixi<sup>33</sup>, pro eo quod suasione callida et maligna monebas me abnegare nomen Dei omni-

<sup>20</sup> blasphemia V 3; blasphemam V 2, T. — <sup>21</sup> divam V 2, T; duram V 3. — <sup>22</sup> procurant V 1. — <sup>23</sup> vobis //// V 2. — <sup>24</sup> preparatum T. — <sup>25</sup> excruciat?

<sup>19</sup>. — <sup>1</sup> querella V 3; quere//la V 2. — <sup>2</sup> hec V 2, T. — <sup>3</sup> non V 3. — <sup>4</sup> sibi eum T. — <sup>5</sup> cogitans V 3; cogita V 2, T. — <sup>6</sup> os V 2, T. — <sup>7</sup> pro V 2, T; pro add. V 1. — <sup>8</sup> spes T. — <sup>9</sup> carcere V 2, 3, T. — <sup>10</sup> om. T. — <sup>11</sup> quod V 2, T.

<sup>20</sup>. — <sup>1</sup> multa V 2. — <sup>2</sup> (m. s.) om. T. — <sup>3</sup> (a. n.) animarum V 1. — <sup>4</sup> tuis add. V 2, 3, T. — <sup>5</sup> impio T; impatio V 2. — <sup>6</sup> om. V 1. — <sup>7</sup> (subdere velle) inclinare velle (om. V 2) cui iudex

qua ratione asseris me irretitum esse meis sermonibus et te sub iugo (daemonum inclinare velle vel add. T) servitus subdere (velle add. V 2) V 2, T. — <sup>8</sup> (ait iudex) om. V 2, 3, T. — <sup>9</sup> praec. ob. V 2, T. — <sup>10</sup> û add. dein del. T. — <sup>11</sup> tua im- proba V 2, 3, T. — <sup>12</sup> rationem V 3. — <sup>13</sup> incre- pavit V 1, 2, 3; increpabit T. — <sup>14</sup> impinget V 3. — <sup>15</sup> ab V 2. — <sup>16</sup> operantibus V 2, T. — <sup>17</sup> mi- nare V 1, 2, T. — <sup>18</sup> patrare V 3. — <sup>19</sup> premi- sisset T; promisisset V 2, 3. — <sup>20</sup> violenta V 2, V 3, T. — <sup>21</sup> amore V 1. — <sup>22</sup> angulatum T. — <sup>23</sup> om. V 2, 3. — <sup>24</sup> agere V 2, T. — <sup>25</sup> orationem V 1, 2. — <sup>26</sup> et add. V 3, T. — <sup>27</sup> alligantes T. — <sup>28</sup> temerario V 2, T. — <sup>29</sup> Dei V 3, T. — <sup>30</sup> ve- rumtamen V 2, T. — <sup>31</sup> propositam V 2, T. — <sup>32</sup> te add. V 3. — <sup>33</sup> dixi sup. V 2, T.

-potentis

S. TRYPHO-  
NIS VITA  
ET PASSIO  
contemnit;

**21.** Praefectus dixit: « Ex cuius doctrina hoc didicisti? » Et sanctus ait: « Ex doctrina domini nostri Iesu Christi, qui dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum <sup>1</sup> coram patre meo <sup>2</sup>, qui est in celis. » Et index: « Haec fuit redargutio qua me alligatum meis assertionibus asseruisti. Unde irretitus appareo? » Ad haec Christi famulus: « Et quae potest esse peior alligatio <sup>3</sup> insipienti <sup>4</sup> viro, quam ista quae te opprimit <sup>5</sup>? qui cum sis <sup>6</sup> sapiens, praedicas <sup>7</sup> sapientiam <sup>8</sup>, quae Christus est, relinquere et idola sequi, spernere creatorem et colere creaturam. Quis sapiens ac <sup>9</sup> intelligens <sup>10</sup> hoc iustum esse confirmat? Cum etiam in saeculi dignitatibus nemo regem praedicat despicer <sup>11</sup> et famulare <sup>12</sup> ministris, nemo dominum denotare et servis subdere colla. Si hoc in <sup>13</sup> mortalibus observatur, quanto magis in Deum omnipotentem et immortalent factorem animarum et corporum, qui potest corpus et animam <sup>14</sup> perdere in gehennam <sup>15</sup>. Sed ut arbitror, immo firmiter teneo, ideo talia patrata suades, quia lux Christi non illuminavit praecordia tua <sup>16</sup> et tenebrae circumdant mentem tuam. Si autem ad viam <sup>17</sup> Christi pervenire dispositurus, statim clarus et splendidus apparebis, et cuncta improba quae praedicas conculcare niteris, veluti daemonica <sup>18</sup> iussa. » Ad haec iratus index ait: « Cogitavimus enim ut per dulcedinem ingemni nostri non to sineremus in baratrum mortis ire. Sed ut videmus, non <sup>19</sup> tibi concessum est a diis immortalibus pro eo utique quod eos <sup>20</sup> hactenus denotare non timuisti, et dignam <sup>21</sup> exhibere venerationem contemptisti <sup>22</sup>. Sed credo quod coactus perficies <sup>23</sup> quod sponte agere noluisti. »

B Matth.  
10, 28.

pedes eius  
clavis con-  
figuntur.

1 Cor.  
2, 9.

**22.** Tunc iussit ministris: « Eia, » inquiens, « afferte clavos et configite in pedibus eius, et per totam civitatem pedibus <sup>1</sup> perfossus ducatur. » Quodcumque actum est, omnia pro nihilo ducebant respiciendo ad praemia sempiterna, quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Admirans itaque praefectus tantam in martyre <sup>2</sup> constantiam, iussit cum manibus post terga <sup>3</sup> ligatis diutius virginis caedi. Sed cum hoc pro Christi amore patientissime sustineret, nimio furore succensus <sup>4</sup> praeses iussit afferri <sup>5</sup> lampades ignitas et corpus Christi martyris crudeliter cremari. Cum haec agerentur, expandit manus suas ad caelum beatus Domini martyr, et ita <sup>6</sup> Dominum exorabat: « Domine Deus omnipotens, creator caeli et terrae, respice in me famulum tuum de tua misericordia confidentem, nec <sup>7</sup> preevaleat adver-

sus me poena <sup>8</sup> diabolica fraude submissa, sed D connumer <sup>9</sup> me in gregem <sup>10</sup> electorum tuorum, ut tandem aliquando merear tuam desiderabilem cernere gloriam. » Haec eo orante lux magna circumfulsit eum et corona splendida super caput eius lapidibus pretiosis et varis floribus exornata. Hoc cum vidissent <sup>11</sup> scelerati ministri ceciderunt in terram terrore nimio conturbati <sup>12</sup> nihil penitus complere valentes. Quod cum nuntiatum praesidi fuisset, conturbatus et admiratus iussit tribunal parari ad examinandum martyrem DOMINI.

**23.** Postera <sup>1</sup> igitur die, facto consilio, iussit eum praesentari et ita alloqui coepit: « Quid tibi videtur, robustissime <sup>2</sup> virorum? qui sensus? quae <sup>3</sup> vires? vel quod <sup>4</sup> emolumenit in pertinacia acquististi? Nos enim et gloriam <sup>5</sup> praeparavimus <sup>6</sup> et gaudia promisimus, sed protervia tua patrante, consequi non meruisti. Tamen, si recuperare vis consilia mala, misericordiam? non negamus. » Cui Christi famulus: « Quod semel egressum <sup>8</sup> est de labiis meis non faciam irritum. Dicit enim propheta: Odisti, Domine, omnes qui operantur iniquitatem, perdes eos qui loquuntur mendacium. Iam definitum est in corde meo quod nullus <sup>9</sup> mortalium nisi Deum omnipotentem et viventem in sempiternum adorem, qui spiritum omnium habet in manu sua; hunc vero protectorem habendo non timebo quid faciat mihi homo. » Cui index: « Inimice animae tuae, si <sup>10</sup> adorare sacros deos refugis, saltem imaginem divi <sup>11</sup> caesaris Decii venerare et iura per numina sacri Capitolii ut quoquo pacto animae tuae possit <sup>12</sup> esse consultum. » Et sanctus Domini ait: « Talis imago Caesaris, qualis et deorum vestrorum; mortalis Caesar, mortales que dii vestri. Quid enim Iovis, Minerva, et Diana <sup>13</sup> magni aliquid agere valuerunt, scelerate et impie viventes cum perpetuae poenae sint traditi? Quomodo cultoribus suis praestare valent adiutorium <sup>14</sup>? » Ad haec itaque praefectus furore succensus iussit eum torqueri et plumbatis crudeliter verbari. Quae dum Christi miles <sup>15</sup> omnia patienter pro amore Domini sustineret atque in Christi confessione alacris permaneret, cui <sup>16</sup> iam corona parata erat et gaudia sempiterna, consilio inito tyranus tales in Christi martyrem protulit sententiam: « Triphonem, genere Frygium <sup>17</sup>, Iesum Christum Nazarenum colement et sacra numina contemptnente iubet illum clarissimum consilium <sup>18</sup> gladio puniri. » Qua <sup>19</sup> sententia prolata, cum destinati milites illum duxerent ad trucidandum, ergens beatus Triphon in caelum oculos, extendens <sup>20</sup> ad sidera palmas, collaudabat Dominum dicens: « Glorifico te, domine Iesu Christe, et gratias ago

Corona  
de caelo  
demissa.

Psalm.  
88, 35;  
5, 7.

Psalm.  
55, 11;  
117, 6.

Capitis  
damnatus

**21.** — <sup>1</sup> om. V 3. — <sup>2</sup> patre // meu // V 3. — <sup>3</sup> colligatio V 3. — <sup>4</sup> in sapientia V 2; insipientiae V 3, T. — <sup>5</sup> opprimet V 2, 3, T. — <sup>6</sup> sit V 2. — <sup>7</sup> predicat V 2. — <sup>8</sup> sapientia V 2, 3, T. — <sup>9</sup> et V 2, 3, T. — <sup>10</sup> intelligens T. — <sup>11</sup> despicer <sup>12</sup> // T. — <sup>12</sup> famulari V 2, T. — <sup>13</sup> om. V 3, T. — <sup>14</sup> anima V 2. — <sup>15</sup> gehenna V 2, T. — <sup>16</sup> præcordiam tuam V 1, 3. — <sup>17</sup> vitam V 3. — <sup>18</sup> demonica V 1; demona T. — <sup>19</sup> corr. supra lin. V 2. — <sup>20</sup> deos V 1. — <sup>21</sup> digna V 3. — <sup>22</sup> om. V 2, 3, T. — <sup>23</sup> perficias V 2, 3, T.

**22.** — <sup>1</sup> cqdibus V 2, T. — <sup>2</sup> tanta in martyrem V 3; martyre // T. — <sup>3</sup> posterga V 2, 3, T. —

<sup>4</sup> corr., prius succensos V 2. — <sup>5</sup> corr., prius afferre V 2. — <sup>6</sup> ad add. V 2, T. — <sup>7</sup> ne V 2, T. — <sup>8</sup> poenam V 3. — <sup>9</sup> connumerare T. — <sup>10</sup> grege T. — <sup>11</sup> vidisset T. — <sup>12</sup> conturbata V 3.

**23.** — <sup>1</sup> postea T. — <sup>2</sup> (v. r.) r. v. V 2, T. — <sup>3</sup> qui V 2. — <sup>4</sup> que V 2, T. — <sup>5</sup> gloria V 3. — <sup>6</sup> praeparabimus V 3. — <sup>7</sup> misericordia V 2, 3, T. — <sup>8</sup> egressus V 3. — <sup>9</sup> nullus V 2, 3, et ante corr. V 1. — <sup>10</sup> sic T. — <sup>11</sup> divini T. — <sup>12</sup> possim V 2, 3, T. — <sup>13</sup> Minerve, Dianæ T. — <sup>14</sup> om. V 2, T. — <sup>15</sup> milex V 2, T. — <sup>16</sup> qui V 2, 3, T. — <sup>17</sup> Phrygium V 3. — <sup>18</sup> clarissime consilio V 1. — <sup>19</sup> quae V 3. — <sup>20</sup> extedes T.

sancto

A sancto et venerabili nomini tuo, quoniam adiutor Eccli. 51, 2. et protector factus es mihi, et liberasti animam meam a laqueo satanae secundum multitudinem<sup>21</sup> miserationum tuarum. Nunc autem, te adiuvantem, quod quaesivi inveni, quod desideravi adeptus sum. Tu autem, Domine, suscipe in pace spiritum meum; te enim adoro, te laudo, te glorifico, quia tu es Deus<sup>22</sup> benedictus in saecula saeculorum.<sup>23</sup> Haec cum orasset, gladio percussus migravit ad Dominum. Tune fratres in Nicaeam<sup>24</sup>

*gladio  
percussus  
mortitur.*

convenientes, tulerunt corpus eius et aromatibus S. TRYPHO-  
condientes, ipso sancto martyre revelante, ad NIS VITA  
propriam illum regionem duxerunt, et in Sam-  
sado vico posuerunt, digne<sup>24</sup> illum per omnia  
venerantes et laudem Domino referentes. Passus  
est autem beatus Triphoa tertio<sup>25</sup> nonas februa-  
rias<sup>26</sup> rsgnante domino nostro Iesu Christo, qui  
cum patre et spiritu sancto vivit et regnat Deus  
per omnia saecula saeculorum, amen.

<sup>21</sup> multitudine V 2, T. — <sup>22</sup> om. V 2, T. — <sup>23</sup> Ni-  
cea V 2, T. — <sup>24</sup> dignum V 2, T. — <sup>25</sup> tertia

V 2. — <sup>26</sup> quarto idibus novembris T.

## VII. PASSIO SS. TRYPHONIS ET RESPICII

B E codicibus bibliothecae Vaticanae lat. 5696 (= R 1), capituli Sanctae Mariae Maioris B (=R 2). E  
Cf. Comm. praev. num. 26.

### Passio sanctorum Tryphonis et Respi- tii martyrum.

*SS. Respi-  
cius et  
Tryphon*

*puerum a  
morsu  
serpentis*

Respitius super hoc miraculo ab omnibus in  
nomine domini nostri Iesu Christi.

*Asyncri-  
tum a de-  
bilitate,*

1. Cum venerabilis puer Respitius in divinis exerceatur ludis<sup>1</sup>, castificabatur a matre sua nomine Eucharia (1), nutriebatur a quadam sancto et catholicissimo sacerdote, qui eum secundum apostolicam doctrinam<sup>2</sup> apprime instituit, sine intermissione divina magnalia psallere fecit, siccus puerilem devotionem in Christi caritate firmavit. Cumque factus esset annorum duodecim, die quadam cum beato Triphon aequae<sup>3</sup> in Christi fide perfecto aliisque ex coaevlis suis iudum exercente, unus ex ipsis tactus est morsus serpentis, ita ut periclitaretur usque ad mortem. Currens vero unus de pueris nunciavit parentibus eius qui percussus fuerat. Cumque ululatum non minimum parentes pueri ob infortium cum lacrimis dedisset, horis quasi tribus transactis, coepit percussus vociferare dicens: « De precor vos, o sancti Dei Triphon atque Respi, accedite propius et tangite corpus meum ut non moriar. Vobis enim donavit Dominus gratiam curationum.<sup>4</sup> Haec dicente puer, conversus populus qui aderat rapuerunt sanctos Triphonem atque Respitum a serentes quia « vox quae facta est Dei ostensio est ut dinosceremini qui hactenus iatustis. » Cumque ducerentur ad locum ubi aeger ille semivirüs iacebat, beatus Triphon voce magna dixit: « O lux mea Deus, adesto nunc famulis<sup>5</sup> tuis per gratiam, qui ubiqui praesens es per divinitatis tuae potentiam, extende nunc manum tuam super eum qui percussus est, et sana eum a necessitate qua tentus est. » Et confessim sa- natus est et omnes glorificaverunt Deum. Venie- rabantur quoque<sup>6</sup> sancti Dei pueri Triphon et

Psalm. 49,  
14.

1. — <sup>1</sup> ita R 1, 2, laudibus *exspectaveris*. — <sup>2</sup> supplevi, om. R 1, 2. — <sup>3</sup> corr., prius nobis-  
cum R 1. — <sup>4</sup> la///cescere R 2. — <sup>5</sup> splendi-  
dissimi R 2.  
2. — <sup>1</sup> ita V, 1 2, 3, T, supra, p. 357, Asie R 1, 2.

(1) Eucharia mater S. Tryphonis in eius Vitae c. 1 dicitur, supra, p. 336.

<sup>a</sup> Vivit

PASSIO  
SS. TRY-  
PHONIS ET  
RESPICII

stabula-  
rium  
a febre  
sanant;

Luc.  
4, 38.

aprum  
abigunt.

Psalm.  
16, 7.

Spiritum  
immun-  
dum ex  
homine  
quodam

Gen. 2, 7.

« Vivit Dominus qui me enutravit ab infancia mea qui tanta mirabilia operatur per sanctos suos quia amodo serviam illi omni devotione spiritus mei. » His diets iter cooperunt. Daemones autem in <sup>6</sup> praesentia sanctorum ciulatu teterimo clamabant per aera <sup>7</sup>: « Cremamur, sancti Dei, fugati sumus orationibus vestris e sedibus propriis. »

**3.** Pergentibus quippe illis, prima mansione applicerunt Pandocium vicum, ubi quidam stabularius tenebatur magnis febris. Ad quem ingressi dixerunt: « Surge quantocius de stratu tuo, et glorifica Deum. » Statim ad hunc sermonem sanctorum plenus est sanitati restitutus. Vesperi autem facto, compleentes orationem reliquiebant <corpora<sup>1</sup>>, et inter convivandum facta est vox divina ad eos per nubila dicens: « Pueri mei Triphon atque Respi, proficisci min Caesaream. Est enim quidam ibi porcus ingens, sylvaticus, pessimo daemonio plenus, a cuius nefanda rabie oportet vos venatorem liberare; quem cum salvum efficietis, faciam ut vos sequatur et doctrinæ vestrae tenacius inhaereat. »

Facta autem hac voce, omnes cives pandociani pavefacti orationi incubuerunt. Surgentibus vero ab oratione, videbantur sancti ab omnibus, cum litteras nossent minime, in manibus librum tenere, in quo Christo colloquentes corroborantur. Facta itaque ambulantibus illis hora circiter sexta fixerunt genua <sup>2</sup> ad orationem. Quibus orantibus, subito aper de silva exiliens, canibus minabatur mortem. Quem cum vidisset venator appropinquans sibi, exclamans ait: « O gloriosi Dei servi, opem ferte mihi ut non peream. » Qui dixerunt: « Domine Deus omnipotens, rerum dispensator omnium, qui reples eos qui sperant in te Spiritu Sancto, qui puram et sinceram bonitatem tuae salutem das his qui confitentur nomen tuum duxque es omnibus qui mandata tua custodiunt, extende manum tuam et amove timorem ab hoc servo tuo; effuga dolores; conserva eum sicut tu scis et vis, qui

salvos facis sperantes in te. » His dictis aiunt venatori: « Confide, et ora Deum qui a periculis liberat. » At ille expectabat rei eventum, quid pueri essent acturi; qui hilarem preeferentes vultum de praesentia Spiritus Sancti extenderunt manum, crucemque pingentes ingenti bestiae dixerunt: « Perge velociter unde venisti. » Quo dicto bestia oboediuit, et cum omni mansuetudine abscessit.

**4.** Modico autem <sup>1</sup> facto intervallo, ambulantibus sanctis in via, ecce homo quidam occurrit habens spiritum immundum, qui saepius in flumina deiectus, sed usque in praesentiam sanctorum puerorum divinitus est gubernatus; et hic vociferans dicebat: « Sancte Dei Respi, uris me. » Ad haec verba beatus Respi intuens in caelum dixit: « Lux inextinguibilis Christe, splendor iustitiae, caeli ac terrae Domine, expelle iniurium hunc ex <sup>2</sup> figmento tuo, qui ad imaginem tuam de limo terrae factus est a te homo. » Et statim spiritus nequam exiit ab eo et voce magna

per deserta volitans aiebat: « Uris me, serve Dei D Respi; non habeo locum habitationis. » Salvatus autem homo dicebat: « Gloria tibi, Christe. » Et proficiscebatur gaudens et glorificans Deum.

**5.** Homo quidam nobilissimus Caesareae civitatis, Antoninus nomine, habens spiritum malum, vinculis astrictus <erat<sup>1</sup>> super quo sanctus Triphon nuncio superno communitus est quemadmodum eum sanaret et sequi suum praeceptum faceret. Is quoque, disruptis catenarum compedibus, venit ad beatum Triphonem et cruciatus mirabatur ab omnibus. Sanctus autem Domini extendens manum tenuit hominem et dixit: « Tibi dico, immunde spiritus, in nomine domini nostri Iesu Christi, contremisce et exi ab eo. » Statim absque mora <sup>2</sup> effugit <sup>3</sup> per deserta loca, haereditatem perennis flammæ tenens; sieque homo sanae mentis effectus secutus est eum.

**6.** Lucius quippe praeses, cum esset paganus, audiens haec fieri a sancto Triphone, iussit tribus militibus quatenus eum sibi quantocius praesentarent. Vir autem Domini Respi, praescius futorum dixit beato Triphoni <sup>4</sup>: « Frater, scio voluntatem praesidis; eamus in obviam militibus eius, quia querunt nos. » Et exierunt illis obviam et dixerunt: « Quem queritis? » At illi dixerunt: « Praeses misit ad vos, quia desiderat videre facies vestras. » Viri autem Domini dixerunt: « Et nos cognovimus per spiritum Dei nostri; tamen euntes renuntiate ei quia pro foribus stant servi Dei. » Egressus autem praeses dixit: « Bene venistis, servi Dei. » Sancti autem hoc modo responderunt: « Deus illuminet sensus animae tuae, ut cognoscas mirabilia deitatis suae. » Dixitque praeses: « Dicite, homines Dei, infantium habi*u* induti, sed seniorum pruden*ia* decorati, unde hoc munus vobis acciderit. » Ad haec beatus Triphon respondit: « Possidet nos Christus per gratiam Spiritus Sancti ut faciamus hominibus, qui adhuc longe ab illo sunt, manifesta divinitatis sue virtutem; cui te oportet credere, praeses, ut relicta superstitione idolorum gaudia sempiterna valeas adipisci. » Praes. dicit: « Credo in Deum omnipotentem, qui per servos suos tanta mirabilia operatur, daemones de obsessis corporibus fugans, tenebras mentium illuminans. » Et his dictis baptizatus est ipse <sup>5</sup> et tota familia eius, credentes in Deum salvato-rem.

**7.** Erat autem beatus Triphon in Caesarea *daemonium* commorans, et sanctum Christi evangelium prædicans; omnes qui habebant infirmos dacebant illos ad eum et curabantur. Sed et beatus Respi interim secundum apostolum sine intermissione orabat, et fovebatur a Spiritu Sancto. Habebat autem quidam homo filiam quasi annorum novem, quae tenebatur annis sex a spiritu nequam a quo vehementer vexabatur. Hic audiens sanctos pueros in Caesarea esse, venit ad eos, et genibus provolvutus, coepit rogare eos dicens: « Deprechor vos, electi Dei, miseremini

<sup>6</sup> om. R 1. — <sup>7</sup> aerem R 2.

3. — <sup>1</sup> suppl., om. R 1, 2. — <sup>2</sup> genu R 1.

4. — <sup>1</sup> vero R 2. — <sup>2</sup> in R 1, 2.

5. — <sup>1</sup> suppli, om. R 1. — <sup>2</sup> om. R 1. — <sup>3</sup> ef-

fugiens R 1.

6. — <sup>1</sup> presentaret R 1. — <sup>2</sup> corr., prius Triphone R 1. — <sup>3</sup> om. R 2.

mei

*el ex Anto-  
nino Ca-  
sariensi  
expellunt.*

*Lucium:  
praesidem  
ad  
Christum  
convertit;*

Ioh. 18,  
4, 7.

1 Thess.  
5, 17.

A mei et orate Deum vestrum pro me; venite et tangite filiam meam et solvite eam a colligatio-  
nem satanae; sunt enim anni sex ex quo misere-  
rabiliter vexari ab eo coepit. » Audientes haec  
sancti secuti sunt eum.

*e puer* 8. In itinere autem illo erat spelunca, in qua  
moesti erant transeuntibus, et infesti ita ut<sup>1</sup>  
plerique viatorum evitarent locum illum propter infestationem daemonum. Transeuntibus autem sanctis<sup>2</sup> Dei et appropinquantibus, daemo-  
nes eiulabunt dicentes: « Christi amici, vexatis nos vehementer. » Venientes sancti ad locum  
dixerunt daemonibus: « Immundissimi spiritus, hanc speluncam quantocius deserentes<sup>3</sup>, ite per loca invia et in aquosa, ubi pes hominis nullatenus commoratur, affligentes vos ipsos, usque ad diem Domini quando habebitis consumi igne inextinguibili. » Exeunte autem continuo dae-  
mones ibant per deserta loca clamantes et dicentes: « Multos enim transeuntes latuimus, hos autem latere nequivimus, quia virtus Dei in illis est. » Appropinquantibus autem illis<sup>4</sup> domui ob quam venerant, conturbavit spiritus puellam in tantum, ut omnes qui aderant dicen-  
tent: « Quia mortua est. » Lacrimans autem turba omnis illa cum patre puerae, dixit sanctus Respitius: « Tu qui es pater puerae, si credi-  
deris in Deum et in Iesum Christum filium eius et in Spiritum Sanetum, liberabitur filia tua. » Pater autem puerae voce miserabilis flens et eiulans respondit: « Misericordia mei; credo enim quia Deus vester potest filiam meam salvare. » Ingressus vero sanctus Triphon ingemiscens dicit: « Creator luminis Deus, qui donas in te spe-  
rantibus thesauros inviolabiles, qui custodis invocantes te, qui es totius mundi creator et omnis substantia moderator<sup>5</sup>, qui perversum malorum omnium magistrum destruxisti, qui solus dolores et sanitates confers, qui conturbas profundum maris, imperans abissi, qui dirupisti magnum draconem et liberasti hominem, respice nunc de caelis et extende salutiferum dexteram ad sanitatem huius puerae, ut expulso maligno, cognoscant te omnes unum et verum Deum<sup>6</sup> esse, qui regnas in caelis. » Haec cum dixisset, tenuit puellam et dixit: « In nomine domini nostri Iesu Christi, qui mortuos suscitat et eos qui in tenebris sunt illuminat, surge. » Surrexit continuo puer, et omnes qui aderant glorificabant Deum mirabilia facientem.

Psalm.  
64, 8.

*hydropi-  
cum  
curant;*  
Luc. 8, 43. 9. Post haec allatus est eis quidam iacens in lectulo, qui omnem substantiam suam in medicos erogaverat, nec quicquam proficerat; hydropis namque morbo tenebatur et deprecabantur sanctos Dei plurimi pro illo ut eum iuvarent. Elevatis illi oculis ad<sup>1</sup> caelum dixerunt: « Deus verax et magne, qui per<sup>2</sup> filii tui Christi domini nostri mandata agnosceris, huius hominis invaliditudinem mitiga, dona ei effectum petitionis sua ad glorificandam virtutem magnitudinis tuae. » Et con-  
versus Respitias tenuit eum dicens: « In virtu-

te Dei surge sanus. » Statimque surrexit sanus et robustus effectus, sicut glorificabatur ab omnibus Deus<sup>3</sup>. Cumque iterum oraret beatus Respitius, venit mulier de heremo coecata a diabolo, occupata ut putabatur legione daemonum. Vi-  
dens autem eam sanctus Respitius, stupefactus vocavit eam et dixit: « Quaenam es vel unde venisti? » Quae respondit: « Ego sum, » inquit, « omnium immundorum massa spirituum. » Sanctus vero Triphon sicutans ait: « quis te iussit hanc domum ingredi? » At daemon dixit: « Ubi praeäsentiam vestram sensero, non valeo celare infirmitatem meam; adsum enim cum illa, quam mihi receptaculum feceram. » Tunc ve-  
nerabiles pueri ingemuerunt, ad orientem manus extenderunt, rursumque super caput eius daemones exorcizantes. Sed illi de ore miserae pueræ talia verba dederunt: « A duodecim annorum infantibus fugamur; et qui per<sup>4</sup> tot annos in hoc vasculo latuimus, nunc per unam orationem eicimur. » Tunc sancti Dei responde-  
runt: « Exite, immundi spiritus et nolite verba multiplicare. » At illi increpati atque turbati discerpentes exierunt ab ea, cum clamore vehe-  
menti dicentes: « Dixi vobis, sancti Dei, quia legio sum, et vultis me expellere. » Sanctus Triphon respondit: « Deo meo volente, ex hoc tem-  
plo<sup>5</sup> Dei fugiturus es. » Daemon respondit: « Si eiecteris me, adversus vos exibo. » Honorabiles pueri dixerunt: « Tantum egridere citius; de hoc enim cura est Deo nostro. » Tunc compulsa dae-  
mon exclamavit voce magna dicens: « Romam oportet me ire, ob iniuriam vestri, quia ibi inventiam mihi locum condignum. » Et sic eicto daemone sancti Dei pueri dederunt gloriam<sup>6</sup> Deo pro salute mulieris.

PASSIO  
SS. TRY-  
PHONIS ET  
RESPICII

*uxorem  
senatoris  
obsessam,*

1 Reg.  
16, 1.

plo hoc R 2. —<sup>6</sup> gloriam dederunt R 2.

10. —<sup>1</sup> preditem sic R 1, 2; Proclia V 3; Pro-  
clie V 1, 2, T, supra, p. 359. —<sup>2</sup> beatissimo R 2.  
—<sup>3</sup> ac add. R 1. —<sup>4</sup> beatus propheta R 2. —<sup>5</sup> om.  
R 1. —<sup>6</sup> daemon respondit R 2.

pueri

PASSIO  
SS. TRY-  
PHONIS ET  
RESPICII

*et Gordiani  
filiam  
liberant.*

*Coram  
Aquilino  
praefecto  
sistuntur;  
Act. 4, 29.*

pueri a Roma ad instar Abbacuc prophetae, qui impetu spiritus sui de Iudaea, angelo portante, perductus est in Babilonem <sup>7</sup>, ita et illi, ducente angelo, positi sunt in vico Samsaco <sup>8</sup>(1) in quo usque hodie curationes <sup>9</sup> per eorum orationes effectum a Domino capit. Venerabiles autem pueri Tryphon atque Respitius sic deinceps aetate proficiebant, quia profectum animae et redemptionis salutem in <sup>10</sup> Christo Domino postulabant.

**B** 11. Anno ducentesimo nonagesimo regnavit Gordianus. Hic habuit filiam sui nominis a damone obsessam, qui videlicet ure se a Triphone clamabat. Pro quo imperator per omnem misit provinciam, tandemque repertum <sup>1</sup> Romam fecit adduci; et postquam per eum puella salvata est, cum honorificentia ad suam patriam fecit illum reduci. Mortuo autem Gordiano et successore eius Philippo, cum regnaret Decius, relatum est Aquilino praefecto Orientis quod scientiae divinae cultura potissimum haberetur erga sanctos Domini Triphonem atque Respitum; non enim amplius latere poterant qui ante <sup>2</sup> aliquot annos per donum et gratiam Dei proditi erant variis meritorum virtutibus. Missis igitur ex officio apparitoribus, rapti sunt a Frontone, pacis principi a primis <sup>3</sup> civitatis, qui exierat <sup>4</sup> ad exquisitionem sanctorum cum persecutoribus; hoc <sup>5</sup> erat indictum a praefectis. Quos inventos tradididerunt militibus, qui ligaverunt eos et traxerunt in civitatem Meetem <sup>6</sup>(2), ibique in carcere <sup>7</sup> missi sunt ab Aquilino praefecto, qui <sup>8</sup> publicis negotiis fuerat occupatus. De eis autem magna fama volitabat, quod essent Deo christianorum digni et in omni virtutum promotione perfecti.

12. Post paucos vero dies, iussit eos introduci. Ingressi autem succensi sunt vehementer igne Spiritus Sancti et cum omni fiducia loquebantur verbum Dei, sicut optimum dominicae confessionis certamen imperterriti aggressi sunt. Pompeianus vero primiscrinus magno officio dixit: « Adsunt <sup>1</sup>, o praefecte, sancti de Apamiae <sup>2</sup> finibus, de Samsaco vico, appliciti circa eminentissimum et illustre tuae potestatis tribunal interrogandi. » Tiberius <sup>3</sup> Gratus Claudius Aquilinus illustris dixit: « Quod nomen est vobis? » Sancti responderunt: « Alter nostrum <sup>4</sup> Tryphon, alter vero Respitius vocamus. » — « Cuius, » inquit, « fortunae estis? » Sanctus Tryphon dixit: « Fortuna siquidem nulla est apud christianos, sed omnia ex divina dispensatione aguntur, arte vero a quibusdam hominibus nominata est. Sed et si vis scire genus, ingenius quidem sumus natalibus. » Pompeianus primiscrinus vociferans dixit: « Isti pueri fatentur se christianos esse. » Aquilinus dixit: « Scio utique, et tales iussit imperator incendi vivos <sup>5</sup> nisi sacrificaverint diis. » Beatus Respitius dixit: « Utinam digni inveniamur pro Christo domino nostro ignibus vivi <sup>6</sup> concremari. Tu autem quod tibi praecep-

<sup>7</sup> Babylone R 1, — <sup>8</sup> Samsoco R 2, — <sup>9</sup> curationis R 2, — <sup>10</sup> a R 2.

**11.** — <sup>1</sup> reptum R 2, — <sup>2</sup> (q. a.) bis scribit R 2, — <sup>3</sup> prime R 1, 2, — <sup>4</sup> exierant R 1, — <sup>5</sup> autem add. R 2, — <sup>6</sup> Meetum R 2, — <sup>7</sup> carcere R 1, — <sup>8</sup> quia R 1, 2, — <sup>9</sup> (de - autem) per eos R 1.

(1) In Vita latina, c. 2, Samsado, supra, p. 357, in Passione graeca, c. 2, Σαμψάδον κόπη, supra,

tum est implere satage. » Aquilinus dixit: « Sacrificate diis, quia video vos legitimam aetatem habentes perfectumque intellectum possidere. » Sanctus Tryphon respondit: « Perfectum intellectum habemus in domino Iesu Christo; ideo cupimus perfectum pro eo intellectum ad plenam perducere agonem. »

**13.** His auditis, Aquilinus praefectus iussit eos torqueri si minime consentirent. At illi prompte deposuerunt vestimenta sua, simulque proicients pallia sua ultra dederunt se questoriariis ad torquendum. Prius autem manibus alligatis, ait Aquilinus praefectus quaestionariis: « Accedite et tangite illos, quia ignorantia praevalit in eis. » Et cum fortiter torquerentur, nullam vocem emiserunt, sed patienter sustinuerunt, quia timorem Dei in animo retinebant. Et cum fere per trium horarum intervallum adletae Christi torquerentur, Aquilinus praefectus dixit eis: « Paenitentia, pueri, huius dementiae vestrae; nullus enim contra imperatorum decretum veniens vivere potuit. » Sanctus Tryphon respondit: « Certus ego sum quia nullus iussioni caelesti contradicere poterit. Nam si quis vecors temere voluerit agere, aeternis poenis incipit subiacere. » Aquilinus dixit: « Caellestis rex Iovis est qui regnat in caelo omnium deorum princeps, nec potest vivere qui eius vult iussioni contraire. Consentite ergo et sacrificare diis. » Sanctus Respitius dixit: « Beneplacitum est hoc patri tuo diabolo, ut trahas homines ad ydolorum culturam; unde et vos iudices saeculi huic pervertit ut agatis quae illi <sup>2</sup> placita sunt ut transferat ad perditionem <sup>3</sup> animas hominum quos perdit. » Aquilinus ait: « In perditionem non vos ponam, sed ad vitam, si sacrificaveritis diis. Si autem nolueritis, faciam vos igne consumi. » Sanctus Tryphon respondit: « Ignem nobis minaris qui post modicum extinguitur. Ignoratis autem tormenta futuri saeculi servata vobis, qui transgredimini mandata Dei mei? » Haec audiens praefectus Aquilinus iussit ut egredientes in venationem alligatos sanctos traherent per nemora glaciali tempore <sup>4</sup>, pruina descendente, rivis fluentibus, eo quod cursu vehementi conculcarentur ab equis, disruptis eorum plantis. Illi autem erant vociferantes et dicentes: « Domine, ne apponas illis iniquitatem istam. » De venatione autem regressi in palatum, iussit praefectus sanctos praesentari et ait ad eos: « Potestis de reliquo castificare? » Sanctus Tryphon respondit: « Semper nos castificamur coram Deo, cui incessanter servimus. » Tiberius <sup>5</sup> Gratus Claudius Aquilinus dixit: « Recipientur in carcere, ut dilatione concessa, moneant interim seipsos quatenus <sup>6</sup> abiecta dementia prompte sequantur iussa imperatoris. Nam testor deos nostros, quia nisi immolaveritis, ingentibus poenis et cruciatibus <sup>7</sup> nimis consumemini. »

**14.** Praefecto autem proficidente ad alias ci-

*fidei  
confiten-  
tur;*

*varia  
tormenta  
fortiter  
tolerant.*

*Nicaea-*

**12.** — <sup>1</sup> assunt R 2, — <sup>2</sup> apponue R 2, — <sup>3</sup> Tyberius R 2, — <sup>4</sup> noster R 2, — <sup>5</sup> vivos in-  
cendi R 1, 2, — <sup>6</sup> om. R 2.

**13.** — <sup>1</sup> om. R 2, — <sup>2</sup> om. R 2, — <sup>3</sup> perditio-  
nes R 1, 2, — <sup>4</sup> tempora R 1, — <sup>5</sup> Tyberius R 2,  
— <sup>6</sup> quatinus R 2, — <sup>7</sup> penis iterum add. R 2.

p. 330. — (2) Nicaea civitas dicitur in Vita et Passione S. Tryphonis, c. 13, supra, p. 360.

-vitates.

rursum  
interro-  
gantur

Matth.  
10, 33.

1 Cor.  
10, 4.

1 Cor.  
2, 9.

*et novos  
subeunt*

vitates, post aliquot dies reversus in Nicaeam civitatem suam iussit sibi sanctos Dei praesentari et dixit eis: « Deliberasti apud vos, per tanti temporis spatia, quemadmodum <sup>1</sup> horrifica tormenta evadatis? Audite me filii, et sacrificare diis. » Sanctus Triphon respondit: « Castificans iudex omnium Deus, totius creaturae formator. » Rursumque aiunt: « Nihil a nobis primum quaeras, nihil extremum requiras, nisi quae a nobis in primis audisti, quia fidem nostram quam habemus in Deum neque tu neque imperatores tui, sed nec pater tuus Sathanas aliquibus argumentis aut persecutionibus subvertere poterit. Namque dominus noster Jesus Christus in evangelio sic ait: Qui negaverit me coram hominibus, negabo eum coram patre meo qui in caelis est <sup>2</sup>. » Aquilinus dixit: « Vobis ipsi miseremini et magnis diis immolate, quia video in vos disciplinam et sapientiam. » Respitius dixit: « Nobis ipsi miseremur divina faciente gratia, quis imperterriti confitemur Deum

B ac dominum nostrum, iudicem venturum <sup>3</sup>, qui singulorum acta discutere veniat. » Tiberius <sup>4</sup> Gracius Claudius Aquilinus dixit: « Deferant clavi et configurant pedes eorum. » Quod cum factum fuisset per medium civitatis in asperitate yemis ac vehementia tempestatis urgabantur; non enim diabolus cum omnibus canibus suis nocere eos potuit, sed magis ac magis confortabantur, quia fundati erant supra petram quae Christus est, qui militibus suis post momentaneos agones ac temporales passiones summum illud conferre solet bonum et bravum <sup>5</sup> sempiternum, quod oculus non vidit, nec auris audivit <sup>6</sup> nec in cor hominis ascendit. » Tiberius Gracius Claudius Aquilinus dixit: « Quid enim est, non sentitis tormenta? » Sancti responderunt: « Non sentimus tormenta quia clavi <sup>7</sup> non sunt infixi in pedibus nostris sed quasi in calciamentis. » Ammirans autem praefectus tantam perseverantiam coepit cogitare qualiter eos fortius punire posset ne forte contempnerent tormenta. Iussit igitur eos manibus post tergum <sup>10</sup> ligari et virginis nudos caedi. Qui cum acerime caederentur, quæctionarii deficiebant nihil proficiens quia constantissimam illorum mentem illicere in nullo poterant a veritate quæ Christus est.

C 15. Praefectus autem ira repletus iussit unguis et lampades lateribus eorum applicari. Quæctionarii autem accedentes præcepta complebant. Igitur applicantibus eis lampades astitit eis <sup>1</sup> angelus Domini claritate indutus, coronas habens in manibus variis ac pretiosis ornata gemmis ex niveis floribus sertas, illis ostendens immarcessibili decoro compositas quas capitibus eorum imposuit atque fortes in agone perfecit. Quod cum viderint ministri impietatis, cadentes in terra <sup>2</sup> exanimes redditi et facti sunt velut mortui. Extendentes autem sancti martyres oculos in caelum dixerunt: « Domine Iesu Christe, ne prævaleat diabolus adversus sanctos tuos, neque extores faciat donorum tuorum; saevit

enim et ingemiscit <sup>3</sup> per fidem sanctam caelorum adipisci regnum, de quo ille cadens projectus est in infernum. Et nunc, Domine, exaudi nos et perfice cursum nostrum, ut tua sit pugna et tua sit victoria. » Tunc praefectus Aquilinus dixit tortoribus: « Nisi consenserint imperatori, torquete illos quoque possint <sup>4</sup> sustinere. » Cumque torquerentur dixerunt: « Nos persuades, stolidissime <sup>5</sup> hominum, sacrificare ydolis immundisimis. » Neque enim sentiebant dolores, quia quae illis inferebantur forti animo respuebant. Dixit ad eos praefectus: « Discedite a tali dementia et consulte atetia vestrae. » Sanctus Respitius dixit: « Iam, maligne, audisti a nobis quia nos subvertere non poteris talibus verbis; nam hoc scire poteris quod numquam sacrificabimus lapidibus et lignis, quia Deum verum colimus et ipsi soli servimus. » Igitur quia tantum ac talem dominum habemus, nulli hominum consentimus nec acquiescimus. Scias procul dubio, vir diabolice, quia nullam poenam excogitare poteris quae separare nos possit a caritate Dei. »

16. Haec audiens praefectus iussit tribunal in foro sterni, ut ibi sanctos Dei martyres palam puniret. Postera igitur die pro tribunali sedens, dixit martyribus sanctis: « Oboeditis præceptis imperatoris? » Sanctus Triphon respondit: « Saepiam dixi tibi quia Deum vivum, qui in caelis est colimus et timemus. » Aquilinus dixit: « Plumbatis eos tundite <sup>1</sup> intolerabilibus <sup>2</sup>. » Cumque prolixius plumbatis caederentur, non prævaluuit in eis varietas tormentorum. Aquilinus dixit: « Adorate ymaginem Decii <sup>3</sup> caesaris et iurate per eos qui in Capitolio deae <sup>4</sup> Romae sunt vos numquam esse christianos. » Sancti dixerunt: « Terra enim ex quo formata est et eius incolae facti sunt, numquam impossibilis quid auditum est ut quam <sup>5</sup> post tormenta tanta taliaque Christum dominum negare debeamus. »

17. Tunc praefectus, ira maxima commotus, iussit gladium adduci et consilio accepto sententiā protulit dicens: « Pueros hos <sup>1</sup>, genere Frigios <sup>2</sup>, christianos, imperatorum iussis oboediens nolentes, gladio iubemus decollari. » Qua propalata <sup>3</sup> sententia, milites ad hoc deputati duxerunt sanctos martyres ad locum decollationis. Elevantes autem manus suas ad caelum invictissimi testes Christi Triphon atque Respitius dicebant: « Domine Iesu Christe, suscipe animas nostras et colloca <sup>4</sup> eas in sinu patriarcharum. » Et haec dicentes victimæ Christi, flexis in terra poplitibus præbuerunt ultronei cervices gladiatori, sieque mucrone iugulati <sup>5</sup> beatissimas animas reddiderunt creatori. Visi sunt autem <sup>6</sup> oculi insipientium <sup>7</sup> mori, illi autem sunt in pace et sequuntur agnum quocumque ierit. Conveniunt autem religiosi viri et sacerdotes Domini et dedicaverunt martyrium illorum cum omni honore, atque disciplina reverentiae participaverunt ibi mysterium nostræ redēptionis, commendantes animas suas sanctis beatorum martyrum patrociniis.

PASSIO  
SS. TRY-  
PHONIS ET  
RESPICITI

E  
*cruciatus.*

*Capite  
plexetur.*

F  
Sap. 3, 2.

Apoc.  
14, 4.

*add. R. 2. — <sup>4</sup> possit R. 2. — <sup>5</sup> stultissime R. 2.*

*16. — <sup>1</sup> tundine R. 2. — <sup>2</sup> intolerabilibus R. 2. —*

*<sup>3</sup> dei R. 2. — <sup>4</sup> deg // R. 1. — <sup>5</sup> quam ut R. 2.*

*17. — <sup>1</sup> om. R. 1. — <sup>2</sup> (g. F.) phrygios g. R. 2.*

*<sup>3</sup> prolati R. 2. — <sup>4</sup> collata R. 2. — <sup>5</sup> iugulanti*

*R. 1, 2. — <sup>6</sup> enim R. 1. — <sup>7</sup> insip. oculis R. 2.*

47 VIII.

*14. — <sup>1</sup> quemadmodum R. 1. — <sup>2</sup> om. R. 2.*

*— <sup>3</sup> nobis ipsi R. 1. — <sup>4</sup> ipsis R. 2. — <sup>5</sup> om. R. 2.*

*— <sup>6</sup> Tyberius R. 2. — <sup>7</sup> brachium R. 2. — <sup>8</sup> corr.*

*R. 1, prius aud. auris. — <sup>9</sup> clavis R. 1. — <sup>10</sup> poster-*

*gum R. 1.*

*15. — <sup>1</sup> ei R. 1. — <sup>2</sup> terram R. 2. — <sup>3</sup> hominem*

*Novembris Tomus IV.*

## VIII. PASSIO SS. TRYPHONIS ET RESPICII

## A. THEODORICO MONACHO

*E codice Vaticano latino 1192 (= T), collato codice Capituli basilicae Sancti Petri A 5 (= P), priorem huius Passionis partem expressissimus. Ultimam partem reperire est in apparatu critico ad Passionem S. Tryphonis, supra, p. 359, inde a c. 8. Cf. Comm. praev. num. 13, 14, 28.*

**Sanctorum martyrum Triphi et Respiti<sup>1</sup>.**  
Incipit prologus<sup>2</sup>.

*Prologus  
Leonis  
presbyteri.*

1. Non enim insignes antiquorum patrum titulos infirmare conamur neque generosa illorum monumenta suggillare nitimus, quin potius laudamus atque laudando roboramus; sed ea quae per incuriam, temeritatem [ut] simplicium scriptorum depravata videntur in quantum divinae providentiae sors dederit, emendare satagimus, B ne apud sobrios et grammatico[s] sale conditos lectores veritas gestorum ipsa corruptione vi- lescalat ac<sup>3</sup> plus labor piorum omnium sputo obnoxius iudicetur. Est autem et alia causa huius renovationis non minima quae nos tam annos ac neglectum opus commutare<sup>4</sup> cogit in melius, quia sine titulo auctoris amphibolum est thema subsequentis operis, et ideo verendum ne inter apocrita iure censeatur. Quia<sup>5</sup> igitur ad publicas aures ob multorum aedificationem proficiunt oportet, necesse est ut grammaticae diligentiae cribro ab omni prius vitiorum lolio purgantur. Dicit namque Ysidorus: « Abrade titulum ut muta sit pagina. » Ergo ne tanta calumpnia ansa nostram pravitatem aliquo modo innodare videatur, sanandi ac medicandi operis prodendus est medicus ut, cum probata persona omnibus in notitiam venerit, eius opuscula divina veritate subinxia nemo fidelium refutare permittatur, sed potius contra omnes aemulos dominicae protectionis vir bonae <voluntatis> defensare comprobetur.

*Theodorici  
monachi  
scripta.*

2. Est nempe Theodoricus ille monachus ac sacerdos peregrinus atque diutinis viscerum cruciatibus confectus, qui ante raros annos vitam composuit beati Martini papae iocundius, nec non et alia opuscula, in hac urbe Romana positus, conscripsit diligentius; qui cum fratum rogatu<sup>1</sup> aliquid dignum scriptitasset commemo randum, <non> fuco aliquo usus dicendi nec falera pretiosorum verborum sed humillimo narrationis genere, quod graeci tapinosyn vocant, ob commune auditorum atque lectorum commodum subulco prosecutus est stilo. Scriptum quoque, ut multorum fatetur auctoritas,

elegantissimum et omni veneratione dignum de sanctis Quadraginta martyribus sermonem; compincxit praeterea Passionem beatorum martyrum Antimi sociorumque eius, exametris intersertam versiculis; memoriam quoque numerime haudquaquam<sup>3</sup> vilipendandam edidit, qualiter caput eximii martyris Damiani Romanis illatum est. Coepitlis<sup>4</sup> his addendum non superfluum videtur, quod et rusticano sermone translationem patefecit sanctorum Christi athletarum Basiliidis, Tripodis et Magdalisi (1).

3. Ego quoque Leo, quamvis minus idoneus, superna tamen favente clementia presbyter et sacerdos, memoratum monachum coepi<sup>1</sup> pro Christo amare ardentius, non ob hoc tantum quod videbatur sciolus, quin immo quia testimonium habuit bonum ab omnibus, quod esset huius saeculi inimicus et mundus illi esset crucifixus; nam eius infirmitati assidue compassus, hospitem<sup>2</sup> illum recepi omnium nostrorum primus eiusque me interesse disputationi<sup>3</sup> gavisus sum sedulus. Cumque illi compertum foret quod essem cotidianus beati triumphatoris Christi Respiti titularius eiusque servitor (2), ut defessus coepit a me disquirere, utrumnam<sup>4</sup> beatus martyr suee Passionis esset insignitus memorabilibus<sup>5</sup>, an e facientia<sup>6</sup> ruiturae prae manibus mundi historia omnino chronographis deficientibus careret. Cum beatum Christi pugillatorum proprios responderem<sup>7</sup> habere titulos: « Velim, » ait ille, « videre, stili probandi gratia. » Qui cum citius primae paginae campos percurseret: « Habemus nactam, » inquit, « occasionem quam de agresti atque insulso pulmento fas nobis sit, laceratum<sup>8</sup> facere cibum; nam amarissimas prociaciam cho lochintidas et mellifluas pro illis inseramus herbas, ut, siue indocti scriptores de bono fecerunt malum, sic et nos de malo nitamur facere bonum, ipsius fulti levamine sine quo nihil possumus facere.

**Explicit prologus. Incipit Passio<sup>1</sup>.**

4. Saepe<sup>2</sup> divina consuevit clementia in tenera adhuc parva aetate uberrimo praerogativa

ratum?

4. —<sup>1</sup> (expl. - passio) om. P. —<sup>2</sup> Caput & ita P: Saepe quidem consuevit divina clementia in tenera adhuc aetate positam ubertim sapientie dono illustrare infantiam. Ab ipsis etenim cunabulis cognoscitur spiritualis prefectus cum in eis divina operata fuerit virtus. Sic namque in primo regum volumine legimus Samualem domino placuisse et ablactatum Deo parentes maluerunt

(1) De Theodorico monacho disseruit eiusque opera recensuit A. PONCELET noster in *Anal. Boll.*, t. XXVII, p. 5-27. — (2) Huius ecclesiae

Sancti Respicii nulla alia superest memoria. Cf. Comm. praev. num. 25.

dono

*Leo Sancti  
Respicii  
presbyter.*

Gal. 6, 14.

*Theodorici  
praefatio.*

A dono sibi placitam illustrare infantiam, quatenus eo mirabiliore <sup>3</sup> praeconio occulta eius iudicia quomodo fidelibus innotescerent, quia gratiam quam intelligibili, peccatis exigentibus, aetati subtrahit, minori plenius confert. Ab ipsis etenim cunabulis evidentius divina cognoscitur interdum operari virtus, dum ludere delectat cum innocentibus. Nec mirum, quia quamvis sit magna in magnis, mirabilia tamen operari solet in minimis, siue sacra utriusque Testamenti passim testatur historia. Legitur siquidem in primo Regum volumine Samuhelum Deo placuisse, quem ablatum divinis servitiis parentes devoti contulerent, quem caelitus promeruerunt optinere. Sic etiam Salomon cum duodecim annorum gereret, maximam a Domino consecutus est dignitatem, et quia regendi populi infinita erat multitudo non aliter potuit nisi sapientiae sceptro corroborari in regno. Sic vero divina vox Ieremiae

<sup>1</sup> Reg.  
1, 20-28.

<sup>3</sup> Reg.  
1, 39.

Ier. 1, 5. B prophetam in gentibus dedi te. Datum enim bonum, quod Deus omnipotens homini concedit, quis invidorum saeviendo auferre poterit? Sic

Dan. 13. quippe Danihelem novimus <sup>4</sup> sublimatum cum in Babylonia duodenis duceretur, eumque Deo amabilem probi fecerunt mores, adeo ut per aequitatem veri iudicii voluptuosos dampnaverit seniores. Nam et dominus noster Jesus Christus per semetipsum parvulorum volens ostendere merita, laudem illorum grataanter assumpsit, hanc per ipsos Iudeorum increpat turbam. Hinc est quod propheta canit: « Quia sapientia aperuit os mutum et linguis infantium facit esse disertas. » Redemptor etenim noster per semetipsum sicut patribus promisit mundum visitare dignatus est; rudes ac simplices homines elegit ecclesiae suae doctores non saecularis litterariorae magistros, qui per eloquentiae florem aut sermonum volubilitatem, quibus magis ydolatriæ cultura <sup>5</sup> fovebatur, pollebant, sed idiotis atque

Sap.  
10, 21.

tis dicentes: « Domine Iesu Christe, qui nobis annuntiare dignatus es, quia appropinquaverunt<sup>35</sup> dies nostri, mitte angelum tuum sanctum<sup>2</sup> ut quomodo eamus ad limina apostolorum nostrum<sup>36</sup> dirigat iter. » Navis quidem in pelago posita erat, et per<sup>37</sup> duodecim<sup>38</sup> dies et noctes tempestas validissima orta est, ita ut periclitaretur<sup>39</sup>. Tunc ad invicem dicunt: « Vae nobis, quia noluimus sanctos Dei mittere in navem<sup>40</sup>, ideo<sup>41</sup> a tempestate periclitamur. » Et sic cum magna festinatione regressi sunt in Gilium montem<sup>42</sup>. Tunc beatus Mamilianus properavit in navem<sup>43</sup>, et ait nauclero<sup>44</sup>: « Cito regressi estis de Roma, fratres. » Qui dixerunt: « Peccavimus in vobis, sed deprecamur vos ut dignemini proficiisci nobiscum. » Quibus introductis in navem<sup>45</sup> facta est tranquillitas magna, et sic venerunt ad Portum Romanum ubi dicitur ad<sup>46</sup> Farum. Vesperi autem facto, sic<sup>47</sup> permanserunt illa nocte<sup>48</sup> pariter. Angelus autem Domini in ipsa nocte apparuimus sancto Mamiliano dicens: « Exite valde<sup>49</sup> dilicuulo<sup>50</sup> de navis, et pergit ad locum, qui situs est iuxta Bucinam (3), ubi multitudo paganorum habitat, et respicite in altitudinem pini, ibi sub<sup>51</sup>stutus<sup>52</sup> invenietis criptam bene fundatam, ibique habitant sancti<sup>53</sup> Proculus et Eustotius (4). » Sanctus Mamilianus haec<sup>54</sup> audiens de<sup>55</sup> discipulis suis, gaudens et exultans in domino Iesu Christo, dicebat: « Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, qui non vis me separare a fratribus meis. »

**8.** Mane autem facto, osculatus est<sup>56</sup> omnes nautas<sup>57</sup>, et benedixit eos<sup>58</sup>, et sic iter ceperunt<sup>59</sup>. Qui dum coepissent<sup>60</sup> ambulare iuxta mare, resperxerunt arborem, quam indicaverat<sup>61</sup> angelus, et cooperunt glorificare Dominum, et invenerunt<sup>62</sup> criptam, ubi sanctus Proculus et Eustotius latabant<sup>63</sup> (5). Qui cum se vidissent<sup>64</sup>, osculati sunt in Domino, et sic in crita iacuerunt in oratione ferme per<sup>65</sup> horae spatium<sup>66</sup> unius. Et<sup>67</sup> dum sanctus Mamilianus ab oratione surrexisset, dixit: « Benedictus Dominus qui nos coniungere dignatus est cum fratribus meis. » Sancti responderunt: « Amen. » At episcopus dixit: « Precor vos, ut usque dum regredimur a<sup>68</sup> Roma, mundate de arbusculis locum istum. » At sederunt et refecerunt, et post refectionem beatus Mamilianus et Goboldeus cum Nympha virgine coepit itinere Romam pervenient<sup>69</sup>. Cum autem introi-

S. NYM-  
PHAE  
PASSIO I

*ad Portum  
Romanum  
appellunt.*

E

F

*Leprosus-*

—<sup>3</sup> (et p.) *om.* V 1. —<sup>4</sup> *duoecim T.* —<sup>5</sup> *per-*  
*clitarente V 1.* —<sup>6</sup> *navi V 1.* —<sup>7</sup> *que add.* V 1.  
—<sup>8</sup> *Gilio monte V 1.* —<sup>9</sup> *ad navem V 1.* —<sup>10</sup> *ad*  
*naucleriu V 1.* —<sup>11</sup> *qui introducti sunt in n.* et V 1. —<sup>12</sup> *om.* V 1. —<sup>13</sup> *nocte illa V 1.* —<sup>14</sup> *om.* V 1, *bis scribit T.* —<sup>15</sup> *valde add.* V 1. —<sup>16</sup> *sub-*  
*tus ibi V 1.* —<sup>17</sup> *sancus T.* —<sup>18</sup> *om.* V 1. —<sup>19</sup> *om. T.*  
—<sup>20</sup> *nautes T.* —<sup>21</sup> *ap-*  
*propinquati sunt V 1.* —<sup>22</sup> *nos V 1.* —<sup>23</sup> *eis*  
*add. V 1.* —<sup>24</sup> *descendit T.* —<sup>25</sup> *om.* V 1. —<sup>26</sup>  
*et add. V 1.* —<sup>27</sup> *om.* V 1. —<sup>28</sup> *ait om.* V 1. —<sup>29</sup>  
*nummo V 1.* —<sup>30</sup> *recompensabit V 1.* —<sup>31</sup> *nau-*  
*la vestra V 1.* —<sup>32</sup> *levare sanctos V 1.*

—<sup>31</sup> *appropinquati sunt V 1.* —<sup>32</sup> *om.* V 1.

(1) De S. Goboldeo (seu Quodvuldeo), *Act. SS.*, Sept. t. V, pp. 46, 48-49; LANZONI, t. c., p. 635.  
(2) Igilium (Giglio) insula Tyrrheni Maris Etruriae oris vicina. — (3) Cf. Comm. praev. num. 34; LANZONI, t. c., p. 639. — (4) *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 46. — (5) Loca ab hagi-

grapho demonstrata perambulare et quae de specu et ecclesia Sanctae Nymphae vulgo ibidem ferebantur edoceri voluit, anno 1660, G. V. MARASCHIA, *De' due Santi Mamiliani* (Palermo, 1701), p. 121-26.

*Novembris Tomus IV.*

48      -rent

S. NYM-  
PHAE  
PASSIO I  
a S.  
Nympha  
sanatur.

rent<sup>15</sup> in urbem, leprosus quidam iacebat in via ut peteret elemosinas<sup>16</sup>. Beata vero<sup>17</sup> Nympha retrogradiens modicum panis<sup>18</sup> portabat in pera sua<sup>19</sup>, quem tulit<sup>20</sup> et dedit leproso. Qui dum comedisset, statim sanus factus<sup>21</sup> est; et recurrens nuntiare coepit omnibus vicinis suis, quomodo ei reddita sit sanitas. Tunc concursus<sup>22</sup> factus est populorum, et inquirere sanctos coeperunt et cum non invenissent, ad invicem dixerunt: « Custodiamus portam<sup>23</sup>, forsitan inde regredientur<sup>24». » Sancti vero<sup>25</sup> auxiliante Domino reversi sunt ad locum, ubi sanctos eorumque socios<sup>26</sup> reliquerant. Psallebant autem et dicebant: « Congregavit nos Christus ad glorificandum seipsum. Reple, Domine, animas nostras Sancto Spiritu<sup>27». » Erigens autem se beatus Mamilianus coepit exhortari eos dicens: « Audite fratres et filii, non dormiamus sicut gentes quae ignorant Dominum<sup>28</sup>, sed vigilemus in<sup>29</sup> sobrietate, ut simus filii Dei et filii lucis; sciatis autem, quia ego modicum vobis ero<sup>30</sup>. »</sup></sup>

1 Thess.  
4, 5.  
Ioh. 7, 33.  
S. Mami-  
lianuſ,

9. Haec audientes<sup>1</sup> sancti, dixerunt: « Respicte in nos, pater sancte, quoniam te fuimus sectuti; noli nos deserere cito, ne erremus sicut oves non habentes pastorem. » Sanctus episcopus dixit: « Nolite tristari, sed gaudent quia habetis vigilatorem verum<sup>2</sup> dominum nostrum Iesum Christum. » At illi dixerunt: « Precamur te, sancte pater et episcope, ut patefas nobis tuum obitum<sup>3</sup>. » At episcopus dixit sententiam evangeli dominici: « Adtendite qui dixit<sup>4</sup>: Vigilate<sup>5</sup>, quia nescitis diem neque horam. Nos ergo<sup>6</sup> in quantum possumus vigilemus, quia de hora vocationis<sup>7</sup> nostrae incerti sumus. » Nocte autem illa cum vigilassent, et sibi Daviticos psalmos cantarent separatis dicentes: « Ne intres in iudicium cum servis tuis, Domine, quia non iustificabit in conspectu tuo omnis vivens. » Mox autem ubi orabat<sup>8</sup> beatus Mamilianus, apparuit angelus Domini, ostenditque ei qua hora migrare deberet<sup>9</sup> ad Christum. Dixit itaque ad fratres suos<sup>10</sup>: « Dilectissimi amici<sup>11</sup>, surgite, quia appropinquabit regnum Dei. » Tunc autem<sup>12</sup> cito surrexerunt sancti et beatissima Nympha cum illis, commendantes se orationi<sup>13</sup> eius, et<sup>14</sup> ponentes genua in terram, longa prolixaque oratione studentes, et completa eorum oratione<sup>15</sup>, beatus Mamilianus migravit ad Dominum. Statim autem audientes laudes angelicas<sup>16</sup> cum eis usque mane<sup>17</sup> canticum novum cantantes et<sup>18</sup> intra auroram diei sepelierunt eum. Post discessum sanctissimi Mamiliani, sanctus Proculus et

Matth.  
25, 13.

Psalm.  
142, 2.

Marc. 1, 15.

SS. Pro-  
culuſ

<sup>15</sup> introierunt V 1. — <sup>16</sup> elemosinam V 1; petere//t helemosynas T. — <sup>17</sup> quem videns beata V 1. — <sup>18</sup> panem V 1. — <sup>19</sup> quem in p. s. portabat V 1. — <sup>20</sup> (q. t. et) om. V 1. — <sup>21</sup> effectus V 1. — <sup>22</sup> (t. c.) c. autem V 1. — <sup>23</sup> portas V 1. — <sup>24</sup> regredientur V 1. — <sup>25</sup> (s. v.) om. V 1. — <sup>26</sup> ubi socios eorum V 1. — <sup>27</sup> sp. sancto V 1. — <sup>28</sup> deum V 1. — <sup>29</sup> cum V 1. — <sup>30</sup> sum V 1.

<sup>9.</sup> — <sup>1</sup> autem audiens V 1. — <sup>2</sup> om. V 1. — <sup>3</sup> sancte episcope ut pate nobis tuum obitum facias V 1. — <sup>4</sup> (q. d.) om. V 1. — <sup>5</sup> itaque add. V 1. — <sup>6</sup> autem V 1. — <sup>7</sup> vacationis T. — <sup>8</sup> cum autem oraret V 1. — <sup>9</sup> deberet migrari V 1. — <sup>10</sup> dicitque fratribus suis V 1. — <sup>11</sup> om. V 1. — <sup>12</sup> (aprop. - autem) appropinquavit enim regnum Dei in quo V 1. — <sup>13</sup> oratione T; in orationibus V 1.

Eustotius et Goboldeus infra<sup>19</sup> sex menses vi-  
tam finierunt in Christo, et sepulta sunt corpora  
eorum<sup>20</sup> a beatissima Nympha iuxta balneum  
quod situm est a Bucina<sup>21</sup> miliario uno. Igitur  
post excessum sanctorum vixit sancta Nympha  
menses undecim et dies quattuor; quae sedule  
serviebat Domino, et multitudo paganorum per  
eam<sup>22</sup> ad Dominum convertebatur. Factum est  
autem dum eius sanctissima<sup>23</sup> fama per totam  
regionem illam crevisset<sup>24</sup>, irruerunt<sup>25</sup> in eam  
pagani, ut eam iugularent, et criptam in qua  
manebat, subverterent. Eadem hora factus est  
terrae motus magnus, ita ut fundamenta terrae  
moverentur, et omnis illa regio dissiparetur et  
subverteretur<sup>26</sup>. Videntes autem pagani territi  
sunt, et<sup>27</sup> a minimo usque ad maximum<sup>28</sup> clama-  
re cooperunt: « Verus est Deus christianorum. »  
Dicebantque ad beatissimam Nympham ut omnes  
in aqua baptismatis lavaret<sup>29</sup> et dimitteret si-  
mulacula, et dominum Iesum Christum adorarent.  
Qui omnes ibidem habitantes baptizati sunt<sup>30</sup>.  
Beatissima autem Nympha occubuit mense no-  
vembri die decimo<sup>31</sup> (1) et sepulta est in cripta  
iuxta corpora sanctorum martyrum praedictorum,  
in quo loco<sup>32</sup> beneficia eorum<sup>33</sup> praestantur  
usque in hodiernum diem. Igitur post transitum  
virginis christiani ibide ecclesiam consecra-  
verunt.

Eustotius  
et Gobol-  
deus

S. Nympa  
migrant ad  
Dominum.

#### Miraculum eiusdem.

Eodem tempore quidam rusticus ibat in cam-  
pum ut ferret panem messoribus; dum solis aesi-  
tus ascenderet<sup>1</sup> et rusticus quereret<sup>2</sup> arborum  
umbras, iactavit se in terram<sup>3</sup> et soporatus est  
somno. Statim coluber per eius os in suum corpus<sup>4</sup>  
intravit. Protinus surrexit homo et laborare coe-  
pit usque ad vesperum. Seru factu cum domum  
redisset comedit. Cumque in lecto requiesceret,  
voluitque<sup>5</sup> somno gravari, coepit serpens visce-  
ra eius fortiter laniare. Tunc expergefactus homo  
coepit dicere: « Adiuuate me quia morior. » Sus-  
citati itaque famuli domus omnes in tristitia  
et maerorem conversi flere cooperunt. Haec autem  
audientes omnes populi<sup>6</sup> Portum Romanum ha-  
bitantes cucurrerunt viri ac mulieres<sup>7</sup> et interro-  
gare eos qui erant in domo cooperunt quid hoc  
esse quod in ea<sup>8</sup> acciderat; et nemo ex eis quic-  
quam sciebat. Sed et ipse homo nesciebat dicere,  
et sic in hac tribulatione et dolore permanit  
homo<sup>9</sup> usque mane. Statim vero ut facto die  
adunati populi memorati sunt de mirabilibus

Diabolus  
in forma  
colubri

— <sup>14</sup> (or - et) orationibus suis V 1. — <sup>15</sup> oratione eorum V 1. — <sup>16</sup> statimque laudes angelicae V 1. — <sup>17</sup> domino add. V 1. — <sup>18</sup> om. V 1. — <sup>19</sup> post V 1. — <sup>20</sup> (c. e.) om. V 1. — <sup>21</sup> iuxta Bucinam V 1. — <sup>22</sup> (p. e.) om. V 1. — <sup>23</sup> om. V 1. — <sup>24</sup> cre-  
visse//t T. — <sup>25</sup> irruentes V 1. — <sup>26</sup> subverteretur  
et diss. V 1. — <sup>27</sup> om. V 1. — <sup>28</sup> et add. V 1. — <sup>29</sup> lavarentur V 1. — <sup>30</sup> predicans eis et docen-  
tes de regno Dei ei viam salutis add. V 1. — <sup>31</sup> mensis novembri die decima V 1. — <sup>32</sup> (q. 1.)  
qua V 1. — <sup>33</sup> om. V 1.

**Mirac.** — <sup>1</sup> ascendit V 1. — <sup>2</sup> quereret T. — <sup>3</sup> terra V 1. — <sup>4</sup> suo corpore V 1. — <sup>5</sup> (v. a.) et  
voluit V 1. — <sup>6</sup> (suscitati - populi) concurrunt  
autem omnes populi viri ac mulieres V 1. — <sup>7</sup> (c. v. ac m.) om. V 1. — <sup>8</sup> eo V 1. — <sup>9</sup> om. V 1.

(1) In Passione altera die 12 obiisse legitur. Cf. p. 383, cum annot. 4.

sanctorum

A sanctorum, venerunt cum eo ad locum ubi sancta Nympha cum sanctis martyribus iacebat. Factum est autem, ut iactatus est<sup>10</sup> ante sepulchra illorum, mox in figura colubri diabolus exivit de homine, ita ut omnes qui ibi aderant oculis viderent. Cooperunt itaque cuncti<sup>11</sup> glorificare Deum et merita sanctorum martyrum, simulque beatae Nymphae virginis, quia per intercessionem eorum de tam pestifera morte eum<sup>12</sup> liberavit. Post haec autem ipse homo permansit in ipso loco, dimitens mundum et pompas eius, servit伺ue Domino et sanctis eius qui ibidem requiescunt, usque dum vixit<sup>13</sup>, quoniam servitores loci illius ar-

fugatur.  
tam vitam ducebant propter aquam dulcem quae ibi deficiebat. Unde<sup>14</sup> pariter<sup>15</sup> in orationem se<sup>16</sup> prostraverunt ut Dominus per orationes martyrum et preces fidelium aquam dulcem eis in illo<sup>17</sup> loco tribueret. Qui dum surrexissem ab oratione, venam aquarum in capite sepulchri virginis viderunt exire. Tunc omnes laudaverunt memoriam<sup>18</sup> et beneficia sanctorum martyrum simulque beatae Nymphae virginis, quae per eos Dominus facere dignatus est, ad laudem et gloriam nominis eius, cui est honor et gloria<sup>19</sup>, potestas et imperium<sup>20</sup> nunc et semper et per infinita saecula saeculorum. Amen.

<sup>10</sup> iactatum esset V 1. — <sup>11</sup> (c. i. c.) et cepe-  
runt V 1. — <sup>12</sup> om. V 1. — <sup>13</sup> et add. V 1. — <sup>14</sup> om.  
V 1. — <sup>15</sup> se add. V 1. — <sup>16</sup> om. V 1. — <sup>17</sup> om. V 1.

— <sup>18</sup> victoriam V 1. — <sup>19</sup> et add. V 1. — <sup>20</sup> (et  
i.) om. V 1.

S. NYMPHAE  
PASSIO I

Fons  
erumpit.

B

## X. S. NYMPHAE PASSIO ALTERA

E

*E codicibus bibliothecae Vaticanae lat. 5695 (= R 1), et Capituli Sanctae Mariae Maioris B (= R 2). Cf. Comm. praev. num. 26, 31.*

Vita<sup>1</sup> sanctae Nymphae, virginis et martyris<sup>2</sup>.

Nympha,  
praefecti  
Aurelianii  
filia,

1. In Sicilia insula, civitate Panormo, fuit quidam vir nobilis, Aurelianus nomine, prudens et eloquens, cui Romanae urbis principes praefectoriam concesserant dignitatem, hoc ei in mandatis iubentes, ut omnes sine audiencia permisent<sup>3</sup>, qui cervicem suam idolis flectere recusassent. Hic habebat unicam filiam, ornatam moribus, facie speciosam, nomine Nympham, quam volens ab infamia<sup>4</sup> custodiri, in secreto sui palati cubiculo collocauerat, duabus ancillis ad eius obsequium delegatis. Erat autem in eadem civitate episcopus, vocabulo Mamilianus (1), sapientia plenus, vultu modestus, moribus decoratus, qui cum ob persecutionis saevitiam praedicare publice non auderet, secreto quos poterat ad fidem catholicam convertebat. Factum est autem, die quodam, ut duo ex discipulis eius versus praefecti curiam pergerent, si forte aliquos suea fidei homines agonizantes cernerent, quorum corroboratio exemplo discent saeva poenarum genera non timere<sup>5</sup>, et dum palatio propinquassent intuens Nympha per cancellos triclinii vidit eos pariter venientes, et mirata compositionem gressus eorum, vocavit unam de ancillis suis, et ait<sup>6</sup> ei: « Qui putas<sup>7</sup> isti sunt, tanta gravitate compositi? » Quae respondit: « Puto, domina, quod christiani sint, illius<sup>8</sup> Dei famuli qui de caelo descendens per uterum Virginis in mundum venit, et multa fecit miracula<sup>9</sup>, tantaeque humilitatis dicitur extitisse, ut etiam discipulorum lavaret pedes et pro salute mundi crucis subiret patibulum, et tandem mortis victor ad caelum

ab eisdem  
docetur

F  
Psalm.  
15, 11.

creditur ascendisse. » Nympha dixit: « Et quare haec omnia sciens mihi ea non reserbas? » Illa respondit: « Quia cum stupenda sint<sup>10</sup>, non poteram de omnibus plenariam<sup>11</sup> reddere rationem. » Et Nympha dixit: « Quicquid tuae cognitioni<sup>12</sup> deest, per hos<sup>13</sup> scire poterimus; cum igitur sol occubuerit, admitte viros, ut tam praeclera mysteria indagemus. » Quod cum secreto illa fecisset, introducti sunt viri in cubiculum; ubi cum suis ancillis virgo gloria manebat, et postquam salutaverunt se mutuo, fecit eos Nympha coram se<sup>14</sup> residere, et alloquens eos, ait: « Obscuri, viri Dei famuli, ut omnem seriem fidei christianaem mihi per ordinem enarratis, nam quasi furtive suscepit auris mea quae de eadem mihi suggesta sunt. » At illi agnoscentes desiderium eius cooperant evangelicae doctrinae referre historiam et notas ei facere vias vitae. Tunc Nympha semen verbi divini, quasi bona terra suscipiens, armariolo sui pectoris omnia recondebat, et dum de iis mutuo loquerentur, suggestit virgo clam ancillae suae ut afferret aquam et pelvem ac linteum, quatenus ad exemplum dominicum lavarentur pedes sanctorum. Quod ubi factum est, procidit virgo ad vestigia eorum, dicens: « Deprecor vos, famuli Christi, ut laventur pedes vestri per manus ancillae vestrae. » Qui responderunt cum lacrymis: « Aperiatis Dominus oculos cordis tui, ut fructificet in te doctrina nostra. » Postquam ergo lavit pedes eorum, fecit parari mensam, ut eis ministraret carnalia, qui sibi spiritualia ministrassent, deinde ait eis<sup>15</sup>: « Explete in me, amici Dei, quicquid expediat ad salutem animae meae. » Qui responderunt: « Sine, indicemus haec magistro nostro Mamili-

<sup>1</sup> Lemma. — <sup>2</sup> eodem die vita R 1, 2. — <sup>3</sup> (v. et m.) om. R 2.  
<sup>4</sup> 1. — <sup>5</sup> perimerent R 2. — <sup>6</sup> infamiam R 1; infantia R 2. — <sup>7</sup> timerent R 2. — <sup>8</sup> dixit R 2.

— <sup>9</sup> puta R 2. — <sup>10</sup> scilicet add. R 2. — <sup>11</sup> mirabilia R 2. — <sup>12</sup> sunt R 2. — <sup>13</sup> om. R 2. — <sup>14</sup> cogitationi R 2. — <sup>15</sup> //os R 2. — <sup>16</sup> eo R 1. — <sup>17</sup> om. R 2.

(1) Supra, p. 373, annot. 1.

S. NYM-  
PHAE  
PASSIO II

Psalm.  
67, 29.

et a S. Ma-  
miliano  
Matth.  
3, 9.

Marc.  
9, 23.

baptiza-  
tur;

corona ei  
ab angelo  
imponitur.

Cant.  
5, 10.

S. Mami-  
lianu de  
virginitatis  
bono  
disputat.  
Col. 3,  
9, 10.  
Eph. 4, 24.

Psalm.  
44, 15.

Gen. 1, 22.

<sup>14</sup> om. R 2. — <sup>15</sup> provocabit R 2. — <sup>16</sup> Ha-  
brae R 2. — <sup>17</sup> pre R 2. — <sup>18</sup> terra R 2. — <sup>19</sup> corr.,  
prius palatio R 1. — <sup>20</sup> introgreditur R 2. —  
<sup>21</sup> del. R 1. — <sup>22</sup> catecyavit R 1. — <sup>23</sup> om. R 2.  
<sup>24</sup> — <sup>1</sup> de R 2. — <sup>2</sup> hore R 1. — <sup>3</sup> Deus R 2.

no episcopo, et ipse veniens dabit tibi sacramentum baptismatis et indues dominum Iesum Christum. » Nympha respondit: « Hoc unus ex vobis poterit exequi, alter vero nobiscum remaneat, ut confirmet per illum Deus <sup>14</sup>, quod operatus est in nobis. » At illi: « Elige, si inquit, « ex nobis unum; alius enim properans negocium procurabit <sup>15</sup>. » Virgo respondit: « Aequum utrumque diligo, tantum impleatur desiderium meum. » Tunc unus ex eis, Goboldeus nomine, concite perrexit ad beatum Mamilianum et notum fecit ei quicquid acciderat. Qui gaudio repletus, oravit Dominum, dicens: « Domine Deus, qui de lapidibus suscitat filios Abrahae <sup>16</sup>, et confortasti cor ancillae tuae Judith, ad extingendum hostem populi tui, confirma cor huius virginis, et in sui propositi devotione corroborata, saltem quoisque ad eam valeam pervenire. » Transacta itaque die quae sibi pro <sup>17</sup> desiderio prolixior videbatur, cum iam terram <sup>18</sup> tenebrait obduxissent, exiens episcopus de latibulo, ac concite pergens, B quasi furtim palatum <sup>19</sup> ingreditur et in virginis cubiculum introducitur <sup>20</sup>. Quo illa viso pedibus eius advoicitur, dicens: « Bene venisti, diu desiderate, medice animarum, exhibe amiae ancillae tuae medicinam salutis aeternae. » Et ille ait <sup>21</sup>: « Salus aeterna haec est, ut credas unum Deum in Trinitate, et baptizeris. » At illa dixit: « Credo, Domine, adiuva devotionem famulae tuae. » Tunc episcopus catecizavit <sup>22</sup> eam, eiusque famulas, et baptizavit in nomine Domini. Mox refulxit lumen in cubiculo, et <sup>23</sup> ecce apparuit angelus coronam rosarum ac liliorum ferens in manibus, quam imposuit capitoli Nymphae, dicens: « Haec tibi mittit sponsus tuus candidus et rubicundus ut et virginitatem conserves, et usque ad effusionem sanguinis in confessione sui nominis perseveres. »

2. Postquam ergo baptizatae sunt, sedens episcopus docebat eas quae sunt praecepta vitae, aperiens os suum dixit: « Ecce, filiae, baptizatae estis, exuentes vos veterum hominem cum actibus suis, et induentes novum, qui renovatur in agnitione, iuxta imaginem creatoris sui. Imago creatoris non habet copulam nuptiarum; ibi sexus auferunt diversitas, et vetere homine exuimus, et induimus novo; ibi in Christum renascimur virginem, qui et natus ex <sup>1</sup> Virgine est et renatus per virginem; servate ergo virginitatem, cum qua natae et renatae estis, ut quasi sponsae Christi in templum eius adducamini, secundum vocem prophetarum dicentes: « Adducentur regi virgines in laetitia et exultatione, adducentur in templum regis. » Ad haec Nympha respondit: « Apparet manifeste quod exhortaris nos servare virginitatem, in quo videris praeceptis Dei observare dicentes, quod heri ex ore <sup>2</sup> discipuli tui auctoribus: Crescite et multiplicamini et replete terram. » Episcopus ait: « Quod dixit Dominus <sup>3</sup>, crescite et multiplicamini, hoc in principio mundi dictum est; necesse enim erat prius plantare sil-

vam et crescere, ut esset quod deinceps posset D excidi; simulque considerate vim verbi: et replete terram; nuptiae terram replent, virginitas paradisum. Nec hoc dico, ut nubere peccatum sit, cum apostolus dicat: Non peccat virgo, si nubat; sed ad honestatem, et quietem corporis provoco; quae enim nubunt, ut idem ait, tribulationem carnis habebunt. Quae sunt tribulationes carnis? dominium mariti, sollicitudo filiorum, cura domus, cruciatus concubinae, tumor ventris, pondus concepti foetus, quo efficitur mulier aegra et pallida; ita ut <sup>4</sup> anima eius salubres cibos respuat, noxiis delectetur; aliquando periclitatur in partu, aliquando gignit filium <sup>5</sup> aliqua parte corporis debilem, vel fatuum, et qui factus adulterus esse sibi molestus incipiat. Nos ignari, putabamus nuptias saltem carnis habere laetitiam; habent autem tribulationem. Praeterea tempus breve est: Dominus prope, etiam si nongentis vivemus annis, ut antiqui homines, tamen breve putandum eset, quod haberet aliquando finem, et esse desineret; nunc autem cum <sup>6</sup> brevis sit non tam <sup>7</sup> laetitia quam tribulatio nuptiarum, cur <sup>8</sup> contrahimus matrimonia, quae mors cito dissolvit? Hinc idem ait: qui habent uxores, tamquam non habentes <sup>9</sup> sint, et qui gaudent tamquam non gaudentes, et qui utuntur hoc <sup>10</sup> mundo, tamquam non utantur; praeterit enim figura huius mundi; volo autem vos sine sollicitudine esse, de his videlicet quae sunt mundi, quae cum mundo sunt transitura; nam mulier innupta <sup>11</sup> et virgo, cum non immeiat ei sollicitudo maxima, expedite cogitat quae sunt Domini, videlicet ut sit sancta corpore et spiritu. Nonnullae namque sunt virgines carne et non spiritu; quarum corpus integrum est, anima vero corrupta; sed illa virginitas hostia Christi est, cuius nec carnem libido, nec meatem maculat cogitat; e contrario quae nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Praeterea oportet vos cavere superbiam, odium, avaritiam, et reliqua vitia, et imitari virtutes, quia sola virginitas non sufficit ad salutem; oportet vos cavere nimietatem cibi et potus atque quietis, superfluitatem vestium et alias mundi delicias; difficile est enim versari inter <sup>12</sup> delicias et deliciarum vitis non teneri. » Nympha respondit: « Numquid non omnia ad usum hominis creata sunt? » Episcopus ait: « Vere ad usum hominis, ut videlicet <sup>13</sup> utatur eis ad necessitatem tantum, non ad voluptatem. Cito expletur naturae necessitas; frigus et fames simplici vestitu et cibo potest expelli; unde et Apostolus: Habentes, inquit, victum et vestitum, his contenti simus, delicias enim et epularum varietas <sup>14</sup> fomenta sunt avaritiae ac libidinis. » Tunc una ex ancillis proloquens, ait: « Audi, pater sancte, licet nobis amodo purpuriso uti, alisque rebus, quibus solet informari speciositas, vel facies colorari? » Mamilianus <sup>15</sup> episcopus respondit: « Nequaquam; iniuria enim creatoris est

1 Cor.  
7, 28.

1 Cor.  
7, 29.

1 Cor.  
7, 29-34.

1 Cor.  
7, 35.

1 Tim.  
6, 8.

— <sup>4</sup> corr. R 1, prius et. — <sup>5</sup> aliquando add. R 1.  
— <sup>6</sup> quod R 2. — <sup>7</sup> tamen R 2. — <sup>8</sup> cum R 2. —  
<sup>9</sup> habent R 2. — <sup>10</sup> in add. R 1. — <sup>11</sup> nupta et  
innupta R 1. — <sup>12</sup> mundi add. R 2. — <sup>13</sup> om. R 2.  
— <sup>14</sup> veritas R 2. — <sup>15</sup> Maminianus R 2.

velle

Rom. 13, 14.  
Galat. 4, 10.  
Matth. 10, 22.  
Armiger Aureliani  
Act. 19, 8.

A velle transformare <sup>16</sup> figmentum, quod ille ad suam fecit imaginem, et supra naturalem colorem colores peregrinos inducere; sed neque carnis curam feceritis in desiderii vestris, nec mulierularum superstitiones sectabimini, nec maleficia, nec observabitis dies, vel horas, quas in suis solent operibus observare. » Post haec cum avaritiam <sup>17</sup> et execrandas prohiberet usuras ac de his sermo prolixior haberetur, aurora apparet <sup>18</sup>. Tunc inferens episcopus ait: « Tempus est ut redeam ad hospitium meum; vos autem perseverate in his quae didicistis et tradita sunt vobis, quoniam qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. »

3. Interea nonnullos <sup>1</sup> de familia patris, tam viros quam mulieres, Nympha docens convertebat, et suadebat eis de regno Dei, mittebatque eos ad magistrum suum, ut baptizarentur ab eo; sicut factum est, ut cresceret numerus christianorum valde in illa civitate. Factum est autem post dies aliquot, ut Aurelianus mitteret armigerum suum ad filiam suam, quatenus exiret de interiori cubiculo ad vestibulum palatii; erat enim cupiens videre eam. Quod cum ei <sup>2</sup> armiger nuntiasset, illa respondens, ait: « O fili karissime, quam meliorem posses habere dominum, si patrem meum velles deserere, et illi domino adhaerere. » At ille ait: « Quis est de quo loqueris? » Nympha respondit: « Creator omnium rerum visibilium et invisibilium. » At ille: « Et ego <sup>3</sup> quomodo possem eum videre? » Nympha respondit: « Per sacramentum regenerationis. » Armiger ait: « Et quis mihi conferret hoc sacramentum? » Nympha respondit: « Venerabilis Mamilianus episcopus. » Ille vero ait: « Et ego ubi hunc inveniam? » At illa sumens unam de pueris suis, misit cum eo, ubi latebat episcopus. Qui grates Christo de virginis sollicitudine referens, baptizavit eum. Interea Aurelianus multiplicibus negociis occupatus, oblitus fuerat filiam visitare. Cum autem, recordatus propositi sui, intrasset palatum, invenit filiam suam instruentem praefatum armigerum, et quosdam alios fideles de nomine Iesu Christi; et stupefactus exclamavit, dicens: « Quid est, quod audio, filia? numquid insana effecta es? » Nympha respondit: « Verba vitae sunt, quae Christus veniens in mundum edocuit. » Aurelianus ait: « Quis est Christus? » Dicit ei Nympha: « Filius Dei vivi, qui natus de Virgine, redemit genus humanum. » Aurelianus ait: « Quomodo consequens est ut alios redemerit, qui interemptus est a Iudeis? » Nympha respondit: « Si velles in eum credere et rationem fidei auscultare, approbares verum esse quod loquor. » Praefectus ait: « Quomodo tam verbosa facta es, quae hac tenet ut elinguis fuisti? quis est qui te docuit? » Nympha respondit: « Sapientia quae aperit os mutum et linguis infantium facit disertas. » Tunc viri iniqui accedentes, suggesterunt praefecto et sic locuti sunt: « Mamilianus <sup>4</sup>, quem

vestris auribus saepe detulimus, mentem filiae vestrae et multorum aliorum <sup>5</sup> alienavit, et nisi cito eum tuleris, deterioris hi faciet. » Tunc Aurelianus iussit diligenter claudi cubiculum ne quis cum Nympha posset habere colloquium; et ira magna praecepit ut Mamilianus et omnes eius complices <sup>6</sup> tenerentur. Euntes ergo milites, quibus fuerat imperatum, invenerunt episcopum in suo hospitio populum exhortantem; mox arripientes eos per capillos et pugnis contundentes et alapis caedentes eiecerunt eos de latibulo et coram se impellentes ad praefecti palatum deduxerunt. Quos intuens Aurelianus ait: « Et hi omnes christiani sunt? » Respondentes ex officio dixerunt: « Et multo <sup>7</sup> plures quam isti; sed huius simul suis maleficis incumbebant <sup>8</sup>. » Tunc Aurelianus iussit episcopum ab aliis separari et suis eum tribunalibus sisti; cui et dixit: « Tu es ille, qui suades hominibus a deorum cultura recedere et vanis superstitionibus impli- cari? » Mamilianus <sup>9</sup> respondit: « Ego suadeo eis ab idolis manu factis recedere, et omnipotenti Dei cultui adhaerere. » Praefectus ait: « Sufficiebat tibi alios decepisse; cur et mihi meam filiam abstulisti? » Episcopus ait: « Ut esset eius qui creavit eam et mater, et filia et soror et sponsa. » Aurelianus dixit: « Impossibilita sunt quae loqueris; aures nostrae fastidiunt haec audire. » Mamilianus respondit: « Non sine causa dictum est: carnalis homo non percipit ea quae Dei sunt. » Praefectus dixit: « Recede a pravitate viarum tuarum et filiam meam in incolomitem <sup>10</sup> pristini sensus reforma; alioquin et dolorem nostri animi et deorum iniuriam vindicabimus. » Episcopus ait: « Via veritatis est, quam elegi, quamque filiam tuam <sup>11</sup> docui, ab ea nullatenus recedemus. » Tunc Aurelianus hunc amoveri iussit, et eius discipulos suis optutibus praesentari. Quos interrogans, ait: « Cultores deorum estis, an eius qui dicitur Christus? » At illi: « Cultores, » inquit, « Christi sumus. » Praefectus ait: « Nolite in hac insania perdurare, si diversa non cupitis experiri tormenta. » Sancti vero dixerunt: « Et te et minas tuas pro nihilo reputamus. » Iratus ad haec praefectus carnificibus ait: « Levate Mamilianus una cum his in ecclleo et verberibus eos diutissime caedite. » Cumque immaniter <sup>12</sup> caederentur, concursus factus est populorum clamantium et dicentium: « Magna iniquitas affligere homines innocentes. » Praefectus autem fecit eos deponi ecclleo, et custodiae manipari, praeciopiens quaestionariis, ut quosdam ex eis occiderent, quia tantorum examinatio multum sibi fieret onerosa. Sicut factum est, ut triginta quattuor ex eis capite punirentur, de quorum nece residui, magis corroborati quam territi, idem pati pro Christi nomine exoptabant.

4. Sequenti die Aurelianus Nymham sibi fecit intra palatum exhiberi, et nunc ei blandicias, nunc minas proponit. Sed sancta virgo nec blan-

S. NYM-  
PHAE  
PASSIO II

Mamilia-  
nus com-  
prehendi  
iubetur

1 Cor.  
2, 14.

F  
et in ecclleo  
levari,

Nympha

-diciis

<sup>16</sup> transformari R 2. — <sup>17</sup> avaritia R 2. — <sup>18</sup> (aurora app.) om. R 2.

<sup>1</sup> cum nullus R 2. — <sup>2</sup> corr., prius ea R 1. — <sup>3</sup> inquit add. R 2. — <sup>4</sup> Mamilianus R 2. — <sup>5</sup> corr., prius alienorum R 1. — <sup>6</sup> complices

eius R 2. — <sup>7</sup> multos R 1. — <sup>8</sup> incumbabantur R 1; incubabant R 2. — <sup>9</sup> deo R 2. — <sup>10</sup> Mamilianus R 2. — <sup>11</sup> incolomitem R 2. — <sup>12</sup> om. R 2. — <sup>13</sup> unanimiter.

S. NYMPHAE  
PASSIO II  
multas  
virgines

*ad  
Christum  
convertit;*

Rom. 8,39.

*cum  
Mamiliano  
in oleum  
fervens  
mittitur;*

Dan. 3.  
Iudith,  
6, 15.

*ignis ab  
angelo ex-  
stinguitur.*

Psalm.  
65, 12.

diciis decipi<sup>1</sup> nec minis poterat deterri. Videntis itaque praefectus immobilem eius animum, iussit eam iterum in custodia recipi, praecipiens de diversis partibus speciosas virgines congregari. Quae cum adductae fuissent, contulit eis ornamenta praecipua et dona multa, rogans<sup>2</sup> eas intrare ad Nimpham, si forte possent ipsius animum immutare. Intrantes autem proponebant Nimpiae delicias<sup>3</sup> temporales, gloriam nuptiarum, fructum filiorum, in quibus etiam vivat homo post mortem, et omnia quibus solent amatores huius saeculi delectari. At vero Nimphe, spiritu divino repleta, quicquid de contemptu<sup>4</sup> mundi, de nuptiarum molestiis a sancto Mamiliano accepérat, per ordinem referens, ita sibi omnes virgines coniuvit<sup>5</sup>, ut non solum baptizari depositerent, sed etiam cum ea<sup>6</sup> pati pariter exoptarent. Quod cum praefecto nuntiatum fuisse, fecit eas de honestatas atque exutas eici de palatio et Nimpham in tenebroso carcere claudi, ubi Mamilianus et eius clerici servabantur. Venientes autem ad eam virgines sequenti nocte, baptismatis gratiam per manum episcopi perceperunt. Postero vero die, putans ei pater terrore incutere, fecit eam sibi ad ostium<sup>7</sup> carcere adduci, et in conspectu eius omnia tormentorum genera exhiberi, et proloquens ait: « Omnia<sup>8</sup> haec tormenta experieris, si aequis consiliis refutaveris adhibere consensum. » Nimphe respondit: « Vano labore consumeris; fac quod facturus es, nihil enim separare me poterit a caritate Dei. » Tunc indignatus praefectus carnificibus ait: « Ipsam et perversorem eius in ferventis olei mittite dolium, ut par poena puniat quos par connectit iniquitas, et eadem tormenta sentiant, eadem perfidia copulati. » Et his dictis abscessit, quasi refugiens filiae cernere cruciatum. Carnifices autem exsequentes eius imperium, cum nox advenisset, omnia paraverunt; et exuentes utrumque, miserunt eos in ollam ferventis liquoris; quod cum fieret, oraverunt sancti dicentes: « Domine, qui astististi tribus pueris in camino, adesto et nunc nobis, et noli deserere praesumentes de te. » Et ecce apparet angelus Domini super eos et ignem extinxit et ministris terrorem magnum incussit. Sancti autem exierunt de olla uncti potius quam adusti, confitentes Domino ac dicentes: « Transivimus per ignem et aquam et induxisti nos in refrigerium. » Regressi autem carnifices ad praefectum, cuncta quae gesta fuerant retulerunt. Qui exprobavit eos, mittensque<sup>9</sup> alios carnifices ait illis: « Ite et eos in carcere mittite, ubi tamdiu sine refectione sint, donec mihi mortui nuntientur. » Euntes autem carnifices fecerunt ut eis fuerat imperatum; et cum post aliquot dies beata Nimphe esuriret, auxilium Domini frequentibus coepit orationibus, una cum sancto episcopo et Goboldeo<sup>10</sup>, eius discipulo, postulare.

5. Apparens autem angelus Domini<sup>1</sup> refecit D eos et ait illis: « Quia persecuntur vos<sup>2</sup> in civitate ista, mandatum attendentes dominicum, fugite in aliam. » Sancti autem dixerunt: « Si hinc exire nos oportet, instrue qualiter Romanam pergere debeamus; desiderio enim desideramus apostolorum memorias visitare. » Angelus ait:

*Ab angelo-*

*e custodia*

*educti*

*Act.*

12, 10.

« Sequimini ergo me et ego implebo desiderium vestrum. » Surgentes autem sequebantur eum, et pervenerunt ad ianuam carceris, quae ultra aperta est eis; et exentes pervenerunt ad litus maris; et ecce navis transiens coram illis, et inueniunt naucratis<sup>3</sup> ut applicarent ad litus; quod et fecerunt, et exposuerunt eis desiderium suum, quomodo Romanum videre desiderarent; et suscepérunt eos. Et cum longa maris spatia navigasset<sup>4</sup>, cooperunt nautae loqui de prandio et tristari quod vinum eis omnimodo defecisset. Quod beatus Mamilianus intelligens ait: « Nolite tristari, fratres; est nobis parum vini in vasculo; potens est enim Deus augere illud. » Conformati nautae ad verbum eius, cooperunt comedere; erant autem viri numero quasi viginti novem et augmentavit vinum ad verbum sancti Mamiliani, qui augmentaverat oleum ad verbum Helesei<sup>5</sup>, ita ut non deficeret nautis per plures dies donec Romanum venerent; et cum pervenissent ad montem Gilium (1), et vidiissent sancti locum apatum, in quo possent sine saeculari tumultu contemplationi vacare, elegerunt solitudinem ibique remanserunt, die noctuque Domino servientes. Et cum salutaribus studiis iugiter inhaerenter, apparuit eis angelus dicens: « Parati estote et quia Dominus iubet ex hac luce migrare<sup>6</sup>, ut sit requies laboribus vestris. » Illi autem prostrati ad orationem dixerunt: « Fiat voluntas tua, Domine. Verumtamen prius optaremus sanctorum apostolorum limina visitare. » Iterum apparuit angelus beatae Nimpiae, dicens: « Desideria cordis vestri Dominus exaudivit, concedens vobis vitae spatium, donec fiat vobis sicut petistis; descendite ergo ad mare, et invenietis naviculam Romanum eum. » Cumque beata Nimphe hoc sociis retulisset, alacres facti descenderunt ad mare et invenerunt naviculam secus litus. Accedentes itaque salutaverunt nautas atque dixerunt: « Quo navigaturi estis, fratres? » Qui responderunt: « Romam. » Et ait eis sanctus Mamilianus: « Suscipe<sup>7</sup> nos vobiscum ut recompensemur vobis a Domino. » Qui responderunt: « Nequaquam, nisi nauillum dederitis. » Beata Nimphe respondit: « Non est nobis argentum vel aurum<sup>8</sup>; hoc et dominus noster Jesus Christus novit, qui potens est vobis tribuere<sup>9</sup> mercedem pro servis suis. » Ad haec verba nauta faciem suam avertit, nolens sanctos in navi levare. Qui reversi sunt ad cacumen montis orantes et dicentes: « Domine, qui dignatus es praedicere nobis obitum nostrum, dignare<sup>10</sup> in-

E

4 Reg.  
4, 2-7.

*ad montem  
Gilium  
perveniunt.*

Matth.  
6, 10.

Act. 3, 6.

—<sup>1</sup> corr., prius nos R 2. —<sup>2</sup> naucratis R 1. —  
spatiana iugassent R 2. —<sup>5</sup> Elisey R 2. —  
migrate R 2. —<sup>7</sup> suscipe R 2. —<sup>8</sup> aurum vel  
argentum R 2. —<sup>9</sup> tribuere R 2. —<sup>10</sup> nobis  
add. R 2.

(1) Supra, p. 377, annot. 2.

-sinuare

A sinuare, quomodo Romam valeamus adire. Interea tempestas valida orta est, ita ut navicula, quae levare illos noluerat, videretur periclitari; et cum expectarent naufragium eo quod iam desperassent, recordatus unus eorum ait proximo suo: « Ne forte quia viros illos exaudire noluius, ideo nos invenerunt <sup>11</sup> mala ista. » Et voventes vota Domino, conabantur reducere navem ad montem, ubi sanctos dimiserant. Quo cum tandem pervenissent, occurribus sanctis, locuti sunt dicentes: « Peccavimus, nolentes compati vobis; idcirco impediti sumus; precamur itaque vos, ut oretis pro nobis, si forte placetur Deus, et ingressi navigate nobiscum. » Cumque introissent in navem, facta est magna tranquillitas; et navigantes pervenerunt ad forum Romani Portus et permanerunt ibi nocte illa; et ecce angelus Domini apparuit sancto Mamiliano in somnis, dicens: « Exite de navи diligulo et perte ad locum situm iuxta Bucinam (1), quem multitudine paganorum inhabitat; ubi videbitis altam pinum B et sub ea criptam pulchre constructam, in qua Proculus et Eustotius commorantur (2). » Sanctus autem Mamilianus audiens de discipulis suis qui persecutionem metuentes secesserant, glorificavit Dominum. Mane igitur facto, valedicentes nautis, arripuerunt iter eis a Domino prae monstratum; et cum pervenissent ad criptam, ingressi sunt et reppererunt sanctos; quos in pacis osculo salutantes, pariter permanerunt. Et postquam sua gesta invicem sibi <sup>12</sup> narraverunt sumentes cibum, collaudabant Dominum. Post haec beatus Mamilianus discipulis suis ait: « Nostri propositi est Romam petere, et apostolorum memorias <sup>13</sup> adorare; nunc igitur praeparate nobis hic locum, ut redeuntes maneamus vobiscum. » Et his dietis, assumens beatam Nimpham et Goboldeum (3), recto itinere Romam <sup>14</sup> venerunt. Cum autem urbem intrarent, ecclesie leprosus quidam iacebat in itinere, a transeuntibus alimoniam postulans. Hunc aspiciens beata Nimphe compassa est ei et assumens panem, quem habebat in pera, porrexit ei. Et cum sibi panem ad os <sup>15</sup> applicuisset, sanus factus est <sup>16</sup>, et currens divulgavit omnibus, quomodo receperat sanitatem. Quaerentes autem sanctos cum eos repperire non possent, observabant portas civitatis. Porro sancti transeuntes, per medium illo-

<sup>1</sup> Macc.  
6, 13.  
  
Matth.  
8, 26.  
*Roman  
navigant;*

B ubi  
Nympha  
leprosum  
sanat.  
  
Luc. 4, 30.

rum ibant, et tamen videri non poterant. Reversi autem ad Proculum et Eustotium, morabantur pariter in praedicta cripta Domino servientes. Post aliquantum temporis, praesciens sanctus Mamilianus obitum suum, convocavit beatam Nimpham aliasque fratres, et ait eis: « Audite, filii, patrem vestrum et praeparate vos ad sepulturam eius; tempus enim resolutionis meae instat, quo terra mei corporis terrae reddatur, et pulvis pulveri commendetur. Vos autem state firmi in fide; pugnate adversus insidias inimici, ut die vocationis vestrae parati inveniamini. »

6. Porro sancti haec audientes flebant quasi qui patrem ac pastorem amitterent et cum iterum eos beatus Mamilianus salutaribus commoneret alloquiis et in manu Domini suam animam commendaret, emit spiritum. At illi, iuxta traditionem ecclesiasticam, eius celebrantes exequias et ymnos Domino decantantes, sepelierunt eum in eodem loco. Post cuius obitum Proculus et Eustotius et Goboldeus infra sex menses similiter migraverunt et a beata Nimphe ibidem sepulti sunt. Post haec autem vixit beata Nimphe undecim mensibus et diebus quatuor, infra quod omne spatium piis insistens operibus, cunctos ad se venientes de fide catholica et die mortis, ac timore supremi <sup>1</sup> iudicij commonens, incredulos convertebat, credentes autem in via Domini roborabat. Et cum per ipsius doctrinam ydolorum cultura pene videretur abolita, quidam pagani zelo diabolico concitati, irruerunt in illam, volentes eam perire, et criptam mansionis eius evertere. Eadem hora, terraemotus factus est magnus, ita ut omnis illa regio concuti videretur; quod pagani cernentes, territi sunt et credentes in Christum sanctam virginem reverebantur. Cum autem iam vellet eam <sup>2</sup> Spiritus in suum cubiculum introducere et eius nuptias celebrare, languore tacta est, ut vocationis sua diem sollicitus exspectaret. Itaque exhortatis omnibus quos Christo lucrata fuerat, in magna iocunditate migravit ad Dominum mensis novembri die duodecima (4). Christiani vero plorantes et valde tristes, sepelierunt corpus eius iuxta corpora aliorum sanctorum, ubi et <sup>3</sup> ecclesiam construxerunt ad honorem domini nostri Iesu Christi, viventis in saecula saeculorum. Amen.

S. NYM-  
PHAE  
PASSIO II

2 Tim.  
4, 6.

1 Petr.  
5, 9.

*SS. Ma-  
miliani,*

*Proculi,  
Eustotii,  
Goboldei*

Matth.  
28, 2.

*et  
Nymphae  
obitus.*

F

<sup>11</sup> invenerint R 2. — <sup>12</sup> om. R 1. — <sup>13</sup> memori// R 2. — <sup>14</sup> Roma R 1. — <sup>15</sup> eos R 1. — <sup>16</sup> om. R 1.

6. — <sup>1</sup> summi R 2. — <sup>2</sup> ea R 2. — <sup>3</sup> om. R 2.

(1) Supra, p. 377, annot. 3. — (2) Ibid., annot. 4. — (3) Ibid., annot. 1. — (4) In Passione priore, supra, p. 378, Nympha mense novembri die deci-

mo occubuisse dicitur. Hoc quippe die Romae, duodecimo vero Panormi eius festum celebratur. Comm. praev. num. 35.